1
Inc II 72

73 **Capua,** J. de. Directorium humanae vitae. S. l., typ. et a. (Strassb., Joh. Prüs, ca. 1480). fol. Prgtb.

82 n. gez. Bl. Mit 119 Holzschn. Sehr schönes vollständiges Exemplar des reich illustr. seltenen Druckes. Hain-Copinger 4411. Proctor 558.

Inc. II 72.

KRTN
Hain 4411
compl. cm

1.80

S

# Directorium huma
# ne vite alias parabo
# le antiquorū ſapientū.

ROMANIA
BIBLIOTECA
NATIONALĂ



SALA
INV 16136 | 91

# Prologus

Verbum Johannis de capua. poſt tenebrarum olim palpationem ritus iudaici: diuina ſola inſpiratione ad firmū ꝛ verum ſtatum orthodoxe fidei reuocati. Cū plura diuerſarum ſciētiarum genera eſſe proſpexerīʒ in lingua fundata hebraica: nō parue vtilitatis in eruditionem chriſtianorum conſortiū. vt in ſacris ſcripturis. et diuinis moralibus atqꝫ medicinalibus ipſa ex predicta lingua in latinā reducere meus animus aſpirauit. Inter que nunc hunc libellum dictum kelila. ex illa lingua in hāc nūc eſſe vidi nō etiā immerito transferendum. Eſt enī opus virorum intelligentie animarū multe informationis. et nihil earūdem non modice delectationis. Ad honorem autem diuine trinitatis. ſanctiſſimiqꝫ eius nominis exaltationem. ſalutem et meritum anime. fortitudinem corporis et roborationem. atqꝫ dierum productionem. Reuerendi patris et domini domini mathei dei et apoſtolice ſedis gratia. Tituli ſancte marie in porticu diaconi cardinalis. motus ſum preſens opuſculum in lingua latina interpretari. Ad te igitur prefate pater domine dirigitur hic libellus ꝛ vt tuarum aliarū gratie protectione. puſillus interpres. ad alia maiora vtiliora et nobiliora. manum imponat. ex altera prefatarum linguarum in alteram cum audacia reducenda.

## ¶ Pro ſapientibus et inſulſis hic liber factus eſt

Hic eſt liber parabolarum antiquorum ſapientum nationum mundi. Et vocatur liber kelile et dimne. et prius quidem in lingua fuerat indorum tranſlatus. Inde in linguam tranſlatus perſarum. Poſtea vero reduxerunt illū arabes in linguam ſuam. vltimo et inde ad linguam fuit redactus hebraicā. Nunc autē noſtri propoſiti eſt: ipſum in linguam fundare latinam. Eſt autē liber delectabilis: verbis doctrine: et precioſis ſermonibus plenus. quem optauerunt ſapientes nationum mundi. qui ſua verba ſapientie / ſcientie / ac doctrine manifeſtare voluerunt: fuit autē a pricipio ſapientum: vniuerſarum linguarum et gentium affectio: ſuā ſapientiam patefacerē. donec inter eos cōſilio habito concordauerūt: librū cōficere. ꝛ ipſum adaptare in linguā beſtiarū / ferarū / volatiliumqꝫ. qui eſt hic liber. Fecerūt autem ipm propter tria. Primum quidem. vt ad inuenirent cauſam. per quam ſuam ſapientiam vniuerſis hominibus promulgauerunt. Aliud vero quia iſte liber eſt ad ſcientiā et ludum. Addiſcet enī ſapiēs ꝓpter ſapientiam. que in ipſo eſt. Stultus vero ad ludū et ſolaciū. Tercium vero: quoniam pueri. et qui delectātur audire parabolas: et verba puerilia gaudebunt addiſcentes ipſum. vt facilis ipſis reddetur eius agnitio: ꝓpter dulcedinem verborum: ac ſermonum delectationem. figurarumqꝫ et imaginum intuitionem que in ipſo ſunt et memoratione ferarum et beſtiarum. atqꝫ volatilium. et ceterorum ſermonū delectabilium vſqꝫ ad tempus quo creuerit puer et eius intellectus vigorabitur / qui recordabitur oīm illarum parabolarum: quas in tempore ſuo didicerat iuuentutis. ꝛ eas non intelligebat. et reducens omnia illa ad ſui mentem: inueniet ipſa omnia: doctrinam et deam ſapientie. Et erit hoc quod repoſuit in ſuo corde melius theſauro auri et argenti ꝓpter quod non deficiet ei bonum diebus vite ſue. Et cum creuerit puer. et inuenerit ea que ſibi reliquit pater ſuus. gaudebit nimis; et conſeruabit ea diligenter. Sic ſe habet ſapiētia. Neceſſe quippe eſt multiplicare verba ſapientum. quādo eorum ſapientia multiplicatur. Nam pre multitudine ſapientie adaptant ei plēs vices. et exponunt ipſā omnibus modis quibus poſſunt. et faciunt ei imaginationes. vt educant quicquid latet ſapientie in cordibus ſuis. ¶ Nunc autem quicunqꝫ ſtudet in hoc libro conſiderare debet: ad quid factus ſit. quicūqꝫ enim neſcit ꝓpter quid eſt: nec in ipſo procedet modo debito: nec intelliget ea: que in ipſo attenderunt ſapientes. Eſt tanqꝫ claudus et cecus ambulans in tenebris per loca montium et vallium. Et primum quicquid conue-

# Prologus

nit ſtudenti in hoc libro. et qui cupit ſua verba intelligere in eis: procedat ſecundum mo
dum antiquorū virorū ſapientū. Et incipiat cum diligenti lectura: vt intelligat quid le-
gat. et non ſit eius deſiderium: ad finem libri deuenire: et eius principium ignorare.
Quicūqȝ enim cupit perficere quod legit: ipſo illud non intelligente: non proficit ei ſua
lectura: nec ex ea ſuſcipit mercedem. nec de ſua lectura aliquid adipiſcitur. Et quicunqȝ
pertractat affligere animam ſuam in fatuitate. et facit eam vaneſcere a verbis ſapien-
tie. et non meditatur in ipſa. donec ſciat intentionem eius. nec ſtudet agere iuſticiam
et equitatem. et querere veritatem. non ſuſcipit de tota ſua lectura niſi laborem et dolo
rem. et erit tamq̄ quidem de quo retulerunt ſapientes.

Exemplum huius qui ſeruare non ſcit quod inuenit.



Quoniam cū ambularet quidam per loca deſerta et ſolitaria. reuelatꝰ eſt ei the-
ſaurus. qui cum apperiret illum. vidit maximas diuicias. quas nunq̄ exiſtima
uit eſſe tales. et ait intra ſe. Si voluero deferre hunc theſaurum paulatim. ⁊ cu
ſtodire reſiduum donec perficiam. illum auferre erit mihi graue et moleſtum. impediet
enim me omni die reſiduum obſeruare vt gaudere non valeam de eo quod inueni. Sȝ
eſt mihi melius homines conducere. qui totum ſimul et ſemel ad domum meam defe-
rant. et ego ſtabo cuſtodiens reſiduum. donec totum deferatur. Conduxit itaqȝ viros.
et accipiens quilibet pondus ſuum. portauit ſuper humero ſuo ad domum propriam.
Ille vero continue fodebat theſaurū ⁊ preparabat eis credens eos portaſſe ad domum
ſuam. conſummato opere. abijt hic ad domum ſuam. et cum non inueniret aliquid de
theſauro. cognouit. quoniam ſinguli eorum portauerunt ad domus proprias. et non
remanſit ei niſi labor foſſionis. et ita corruit. non agens ſua opera ſapienter. nec obſer-
uare ſciuit quod inuenit. Voluit enim certus eſſe de toto. qui ex imprudentia propria.
nihil conſequebatur.

Et propter hoc conuenit viro intelligenti. ꝙ q̄n legit hunc librum. nitetur ſtu-

dere in ipſo toto ſuo aīo. et reſpiciat ī eo diligenter et ſciat. quoniā liber iſte habꝫ duas intentiones. vnā manifeſtam. alteram vero occultā. et nulli valet manifeſta: niſi intelligat occultā. Sicut ſi qͥs accipiat nuces: non conferunt ei niſi rumpantur: et educat quod in eis latet. Hec ſic ſicut quidā de quo dictū fuit. ¶ Quoniā cū quidā vellet ſcire loqui ornate: aduenit ei quidā ſocius ſapientum: et ſcripſit ei in lamina aurea regulā ſermonis: et ſecretum dictaminis. et cū accepiſſet ipſam de manu ſua: abijt in domuꝫ ſuam. et cepit legere et ſtudere in ipſa: die. noctuqꝫ. ipſo eius intentionē ignorante. ita ꝙ erat benedoctus in ſua lectura. eius tamē intentionem ignorabat. Quadā vero die cū ſederet cū viris ſapientie. extimauit iam eos in ſapientia ſuperare. et cum incepit loqͥ. fuit initium ſermonū ſuorū. ignorātia. Cui ait vnus ſociorꝫ ſuorū. Sile. qm̄ erraſti in tuo ſermone. ſed hec que dixiſti. ſic debēt eſſe. Cui reſpondit. Quō potui errare. cum cōprehenderim omnia que continentur in ſcriptura lamine? Et ille. lege. vt audiam. At ille. cū legeret. non intelligebat. quid intendebat per illud. Et ſic ſua lectura addebat ſuper eius culpam. Et propter hoc docet vnumquemqꝫ qn̄ intelligit aliquid et nouit illud. ꝙ obſeruet hoc. et ſit ei proficuū quod nouit. Et teneat ipm̄ p̄ ocul' ſuis et meditetur eius intentōꝫ. quoniam gratia eius alia poterit ſcire. Nam ex hoc libro alios libros poterit addiſcere. Dicūt enim ſapientes. quoniā non decet ſapientem abundare in aliquo. niſi in ſapientia. Quanto magis enim addit ad ſcientiam reuelabitur ei intellectus et doctrina. quemadmodū reuelat ſol obſcuritatem ignis. Doctria vero exaltat virū ſuū. et ſcientia viuificat ſcientes eam. Ille vero qui addiſcit eam. ⁊ nō obſeruat quod addiſcit. nihil ei confert. Et erit ſicut quidam de quo dicitur.



¶ Quoniam cum quidam iaceret nocte in ſua domo. percepit. ꝙ fur intendebat intrare domuꝫ. Et ſciens pater familias ea q̄ fur intendebat. dixit intra ſe. Silebo huic furi. donec videbo. quid agat. et dimittam ipſum donec congreget omnia que voluerit.

# Prologus

poſtmodū vero exurgam aduerſus eū. et ablatis omnibus de manu ſua. percutiā eum
fortiter. Fecit itaqʒ paterfamilias. et ſiluit illi furi. donec congregauit omnia. que volu
it. Ultimo vero rapuit ſopor patrēfamilias. et fuit hoc in bonum furis. Et abijt fur in
viam ſuā illeſus. Poſthec vero excitatus paterfamilias. Et videns cūcta que acta fue;
rant a fure. et quia receſſerat. cepit cōqueri aduerſus ſeipſum. et ſibi tribuit culpā. ſciēs
ſibi non valuiſſe ſcientiam. poſtqʒ non exercuit illam. Sciētia eſt enī ſic arbor. cuiꝰ fru;
ctus eſt operatio. Debet autem ſapiens querere ſcientiam. vt ipſam exerceat. ⁊ ſi non ex
ercuerit. quod didicerit. non proficit ei. Sicut ſi dictū fuerit alicui. quō fuerit quidam
ſciens malam viam. et iuit per illam. diceret ipſū vtiqʒ fuiſſe ſtultum. Dic vero ꝙ dicit al
terū ſtultū. ſi cognoſceret ſua opera. ſciret. quoniā peiora ſūt operibꝰ illiꝰ. ꝙ nouit malaʒ
viam. et iuit per eā. Qui vero ſequit̄ ſuū appetitum. et reliquit qđ eſt ei vtile. nec docetur
ex his que iam videt. et expertus eſt de negocijs mūdi. ſimilatur illi. qui cognoſcit. ꝙ cibo
rum ſit ei leuis. et qui grauis. ſed ſuperatus ab appetitu elegit grauem cibū. et relinquit
leuem et vtilem. Hic eſt ille cuius q̄rela ſibi ipſi redūdat. et peccatū ſuū ſuper vertice ſuo
quieſcit. cum elegerat mala opera et reliquerat bona. hic eſt qui deſiderat ſcientiam et
nouit ipſam. et ſcit diſcernere veram ſcientiam a ſtulticia. ſed dominatur in eo ſtulticia
⁊ reliq̄t ſapiaʒ. ¶ Sicut duo hoīes quoꝝ vnꝰ eſt cecꝰ. alter ꝓ vidēs. ⁊ cū ambularēt ꝑiter
per viā. ambo ceciderūt in foueā. ꝙ cū ꝑuenirēt ad fūdū fouee. mortui ſūt ambo ſimł. nec
habuit in de vidēs ꝓrogatiuā ſup ipo ceco. niſi culpā eo ꝙ vidit foueā ⁊ nō euitauit eam
Hoc ā̄t imputat̄ ſue ſtł̄icie. Sapiēs aūt debet inici bū facere. ſi ſtudeat et docere alium.
et qđ alios docet. ipe obliuioni nō tradat. ſʒ efficaciter cōpleat. ¶ Ne ſit ſic fons aq̄ ꝙ oia
aīalia potat. ac ipe pro tanto nihil ab eis percipit. Uir aūt qui addiſcit ſapientiam et in
telligit ipſam. tenetur oſtēdere alijs poſtqʒ docuit ſeipſū. Dicūt enī ſapiētes. tria oportet
vnūquēqʒ querere/ ſcʒ. ſcientiā/ diuitias/ ⁊ miſericordias. Nec decet aliquē vituperare
ſuū proximū de geſtꝭ. ꝙ ipe idē agit. ¶ Ne ſit ſicut cecꝰ qui vitupat aliū propria macula.
Nec decet aliquē q̄rere ſibi bonū dāno ſui ꝓximi. ne forſā adueniat ei. ſic cuidā de ꝙ dr̄.



# Prologus

¶ Quoniã fuit q̃dã q̃ habebat ſimꝉ cũ ſocio ſuo zizania. et cum dimiſiſſet eas. repoſuit q̃
libet porcionẽ ſuã ſeorſũ. a porcione alteri⁹ in eadẽ domo. Cogitauit ãt alter illorũ cam-
bire porcionẽ ſuã cũ porcione ſocij ſui. tũ eſſe duplex ſue partis. et habuit conſiliũ intra
ſe apponere ſignũ ſupra partẽ ſocij ſui. ut cum iret in nocte poſſet illam diſcernere. Et ac
cepto clamide. cooperuit cũ eo ꝑtem ſocij ſui. ⁊ accedens ad quẽdam amicũ ſuũ. rogauit
ipſũ ut iret cum eo ad accipiendũ ſortem ſocij ſui. ⁊ cũ noluiſſet ſe aſſociare ipſi. promiſit
ei dare partem de zizanijs. Inter hec iuit alter ſocius ad domũ vbi erãt zizanie. et cum
vidiſſet partẽ ſuam coopertã cum clamide ſocij ſui. exiſtimauit quoniã ſocius ſuus nõ
fecit illud niſi ex bona volũtate quã habebat erga ipſum. ut non caderent ſuꝑ eas pul-
uis et nauſee. Et ait in corde ſuo. q2 ipẽ cõtulit mihi hoc bonũ. magiſ dignum eſt. ut por
cio ſua cooperta ſit ſuo clamide. et amoto clamide de ſorte ſua. cooperuit ſortẽ ſocij ſui.
Nocte autem facta. acceſſit alter ſocius vnacum alio amico ſuo ad domum zizaniorũ
cum palparet per domum ꝑuenit manu ſua ſuper clamidem. Et exiſtimãs illã eſſe por-
cionẽ eius ſocij accepit eã et data parte illi amico ſuo. abierũt in viã ſuam. Mane autẽ
acceſſerũt ipſe et ſocius ſuus ad domũ zizanioꝝ. et vidẽs ille q̃ zizanias acceperat in il
la nocte. partem ſocij ſui integram in loco ſuo cepit triſtari. et abijt plorãs ad domum
ſuam. et non reuelauit ſocio aliquid de hoc. ne forſitam eſſet ei moleſtus ſi ſciret. Et pro
pter hoc non decet quemq̃ cupientem aliq̃d deuenire ad eius extremum excedere mo
dũ et ſtatũ ad quos ipſe nouit poſſe deuenire. Dicũt enim ſapientes. q2 quicũq̃ nititur
peruenire vſq̃ ad profundum rei precipitabitur. et propterea non debet q̃ſq̃ q̃rere q̃d
non habet finẽ. et ad quod nullus peruenit. Nec ſit negligens perquirere eã. ad que no
uit ſe poſſe deuenire. et nitatꝰ ſꝑ facere ſua opera ꝑfectura magiſ ad futurũ ſeculũ q̃ ad ꝑ-
ſens. Cuiuſcũq̃ enim cupido remiſſa fuit in hoc mundo: remittetꝰ et eius triſtatio. q̃n
recedit ab eo. Et iam quid dicitur quoniã duo ſunt q̃ iuuãt hoiem / ſcz. diuitie: et cult⁹
dei. Nec decet virũ intelligentem deſperare de bono. Aliq̃n enĩ deus preparat homini
bonum quod non ſperauit habere. et his que inducuntur ſuper hoc / eſt. quod fertur
aduiniſſe cuidam. vt recitatꝰ in hac fabula.

¶ Erat quidã paterfamilias q̃ cũ eſſet in vltima pauꝑtate conſtitutus: iuit ad amicos
ſuos petens ab eis aliquam gratiam. ⁊ negantibus ſibi petitionem ſuam: redijt confu-
ſus ad domũ ſuã. Nocte vero illa dum iaceret in lectulo ſuo. audiuit ſtrepitum in domo
et percepit. quoniam fur eſſet: cogitauit dicens. Quid habeo in domo quod capiat fur
iſte. volo ipm dimittere vt videam quid agat. et querens fur per domum non inuenit ni
ſi vnam lagenã. vbi erat modicũ farine. et cogitans fur in ſuo corde dixit. Non decet:
vt meus labor redundat in nihilum. Melius eſt mihi accipere hec. q̃ illud relinquere
et accepta ſua cappa extendit in terram. ⁊ inuoluit cum farina. et cũ vellet abire fur: cogi
tauit paterfamilias dicens. Moriar ſic fame et frigore non eſt; mihi bonum ſilere huic
furi. et exurgens aduerſus furem cum baculo: clamauit contra ipm. ⁊ timens fur: fugit
et reliquit ibi cappam ſuam. quam induit ſibi paterfamilias et reſtituit farinam in loco
ſuo. Ita hic pauper conſecutus eſt bonum quod ſibi amicus ſuus denegauit.

Nec decet virum ſapientem firmare ſe ſuper parabolam qua dicitur. Victũ
ſtatutum vnicuiq̃ deus procurat. ipſe autem perquirat ipſum mihi. nec o-
portet me vacare circa illum. hoc nullus ſapiens debet facere. immo oportet
exercere et perambulare mundum acquirendo ei neceſſaria: ne pereat. Nec
reſpiciat illum cui deus concedit gratiam acquirendi bonum abſq̃ labore et exertio
huiuſmodi enim nunc temporis pauci reperiuntur in mundo. qui preter quam ſe exer
ceant ad acquirenda bona. habent omnia que volunt ſeu deſiderant. Et propter hoc

## ¶ Pꝛologus

opoꝛtet vnumquemqꝫ ſapientem inuiti ad acquirendum. vt forſitan. ſit ſua ſoꝛs bo-
na et delectabilis. et de iuſticia. et de rectitudine accepta. et pꝛolongetur ab omni re. a q̄
poteſt ei prouenire tribulatio et doloꝛ ¶ Nequaqꝫ ſit ſic colūba. cuius pulli rapiūtur ⁊
iugulantur. ac ipſa pro tanto non coꝛrigitur. nec ceſſat iterū redire ad eūdē locū. et ibi re
generare ſuos filios. vt iterū capiantur. Et dictū eſt. ꝙ deus vnicuiqꝫ rei finem impo
ſuit ⁊ terminū quē preterire non poteſt. Quicūqꝫ enim preterire nititur rerū termios
q̄ntūcūqꝫ excedit. diminuit. Et dicūt ſapientes. ꝙ quicūqꝫ opa ſua facit ad futurū finē.
eius vita eſt ſibi. Qui vero facit ſua opera ad hoc ſeculum. eius vita eſt ſuper ipſꝫ. Qui
vero facit ſua opera ad p̄ns et ad futurū. eius vita eſt inferioꝛ. et ſuper ipſum. Et di-
cit. quoniā tria opoꝛtet homines parare ſibi Quoꝝ primū eſt lex et ſtatuta. Secūdū
vero eſt victus ſeu neceſſaria. Terciū eſt rectificatio ſuoꝝ operum inter ſe ⁊ homines.
Et dicitur. ꝙ in quocūqꝫ ſūt hec quattuoꝛ. non conueniunt facta ſua. ¶ Quoꝛū vnum
eſt. in arte pꝛopꝛia negligentiam habere. Secūdū eſt mādata legis diſrumpere. Ter-
cium eſt omnia credere. Quartū vero omnem ſapientem denegare. Decet aūt vnum
quemqꝫ ſapientem meditare ſuū conſiliū in mente ſua. et conſiderare illud. et non reci
piat a quocūqꝫ homine. et ſi fidelis ſit. et non perſeueret in aliqua re peccati. nec cogi-
tet in ipſa frequenter. et quando interponitur ei aliquid difficile. non introducat ſe in
illud et non imponat ſe in aliqua re dubia. donec ſciat eius rectitudinem. Ne ſit ſicut
ille qui deuiat a via. qm̄ q̄ntūcūqꝫ magis procedit. tanto magis pꝛolongatur a termino:
Uel ſicut ille. qui cū ſenſerit aliquid in ſuo oculo. non ceſſat eum fricare ⁊ agitare. do
nec eueniat in malū maximū. Debet etiam vir intelligēs credere in diuino iudicio: ⁊
confoꝛmare ſe in bonis operibus. et eligere hominibꝰ quod elegit ſibi ipſi. Et euitare
eis quod euitat ſibi. Quicūqꝫ igitur ſtudet in hoc libꝛo. meditetur in iſto capitulo. vt intel
ligat iſtud. qm̄ qui nouit qd̄ continetur in eo. non indiget alio libꝛo. Inquit ille qui trā
ſtulit hūc libꝛū ex lingua perſarū in linguā hebꝛaicam. quando ſtuduimꝰ in hoc libꝛo
viſum eſt nobis addere in eo vnum capitulū ex dictis arabū collectū. in quo declara
uimus per verba vtilia. et expoſuimꝰ ſtudentibus in dictis ſapientie et diligentibus
eā huiꝰ libꝛi ſecretū. Et eſt iſtud capitulū. quod durat a pꝛincipio libꝛi vſqꝫ huc.

## ¶ Explicit pꝛologus. Incipit liber.

Icitur ꝙ in tempoꝛibus regum Edom. habuit rex anaſtres
taſri virū nomine heroziam Erat autem vir iſte pꝛinceps me
dicoꝝ totius regni. obtinens a rege nobilem ſtatum et mag-
nam pꝛebendam. qui q̄uis exerceret negocia regni. erat tamē
magnus et ſapiens. Quadam vero die. datus eſt regi quidā
liber. in quo continebatur. quoniam in india ſūt montes ex-
celſi. in quibus creſcunt certe arboꝛes et herbe. que ſi cognoſ
cantur. ⁊ capiantur. et conficiantur ſecūdū certū modū. fiet ex illꝭ me
dicina. q̄ reſuſcitantur moꝛtui cū dei voluntate. Cupiens igitur
rex q̄rere et implere hoc negocium. p̄cepit herozie. ꝙ circa hoc laboꝛaret. et ipſe iuua-
ret eū argēto, et auro. et ꝙ ſcriberet ſingulꝭ regibꝰ indie dare p̄ſidiū ⁊ p̄ſtare iuuamē ſuo
pꝛopoſito. Et fecit rex ita. iuſſit dare herozie q̄cūqꝫ petijt. et ſcripſit ſingulis regibꝰ illꝰ
p̄uincie ⁊ dn̄is ep̄las ſup hoc negocio. ad quos acceſſurus erat. mittēs eis ſingulis pe-
nia et dona (ſicut eſt mos regū ad inuicem trāſmittere. cū petūt aliquid a ſeipſis):
¶ Fecit itaqꝫ herozias (vti rex ei iuſſit) ⁊ nō declinauit a dextris. nec a ſiniſtris. donec
peruenit in Indiam. et pꝛeſentatis ſingulis ep̄lis. ⁊ penijs ſingulis regibus. quibus
tranſmitebatur. petijt ab illis iuxta litterarū contenta. qui oēs reſponderunt adimplere
petitionem regis. et iuuare ipſum ſuper hoc per montes et regiones cum ſapientibus

# ¶ Prologus

ſuis et viris alijs. Tardauit itaqꝫ berozias circa hoc duodecim menſibus . et collectis et ſingulis plantis et arboribus ſcriptis in libro. inſtituit eas cum medicinis cōtentis in libro. et confecit ex eis medicinas ſecundū deſcriptionem et potentiam. Poſtmoduꝫ vero iuſſus eſt reſuſcitare mortuos. et non potuit. Tūc exiſtimauit berozias omnes libros illos eſſe mēdaces. et ſegregauit cor ſuum ab eis. Et hoc factū eſt ei moleſtum valde. Erat enī multū ſibi difficile. redire ad regē. confuſus et mendax in ſuo verbo. Et accedens ad ſapientes indie. narrauit eis negociū. Qui reſponderūt. q̄m et ipſi reperierūt in ſuis libris quemadmodū et ipſe. Nam et laborauerunt ſuper hoc. et perquiſiuerunt donec inuenerūt ſuam expoſitionē in quodā libro ſapiētie/videlicet Quoniam illi mōtes ſunt viri ſapientes et intelligentes. arbores vero et plante. ſunt ſapientia et intelligentia que naſcūtur in cordibus ſuis. Medicine vero que conficiuntur ex illis. ſunt libri doctrine et ſapiēz ſcie q̄ cōponūtur ab eis. Mortui autē q̄ reſuſcitant̄: ſunt ipſi fatui et ignorantes ſapiētiam qui mortui reputantur: reſuſcitātur tamē ꝛ curant̄ cū meditatione ſapientie: quando ipſam capiunt ex libris illorum ſapientum. Et cum audiſſet hoc berozias: q̄ſiuit habere hunc librū. et inuenit ipſū in lingua indie. et tranſtulit illum in linguam perſarū. Poſt hoc vero rediīt ad dominū ſuum caſrim regem. et audiens hoc rex: ſollicitatus eſt ſibi acquirere libros ſapientie et ſcientie et intelligentie. et nitebatur toto poſſe addiſcere ſcientias. et vigorabat et exaltabat illas p̄ alijs ceteris delicijs mūdi. in quibꝰ reges delectantur. Et iuſſit diuulgari ſciētias: et libros multiplicari. ꝛ ſtatui ſtudia. et congregari huiuſmodi libros. et eos reponi in veſtiarijs regis. Fuit autem de us ſorcio illorū libroꝝ: iſte liber qui dicitur kelilet dimne. Eſt autē a pricipio huius libri caplm̄ medici berozie: et geſtorū ſuoꝝ. qui narrauit quibꝰ ꝯuerſabat̄. donec effectus eſt heremita et colens deum. et ſcripſit poſt ſua geſta ea que tranſtulit ex libris ſapientum indie. et queſtiones quas petebat quidam regum indie diſles nomine. a ſuo philoſopho nomine Sendebar qui maior erat in ſcientia ceteris alijs ſapientibus. et magis dilectus apud regem. cui iuſſit reddere ſibi ſingulis eius queſtionibus rationes vni poſt aliam. et inducere ſuis verbis parabolas: vt oſtendatur ſibi per hec ſemita veritatis. et mos iuſticie in ſuis reſponſis. et congregaret omnia illa in ſcriptis. et conficeretur ex eis liber ſapienter aptatus. quem valeat accipere in ſui doctrinam. et ſit repoſitus in ſuis veſtiarijs: vt poſſit ꝑmanere in hereditatē alijs regibus ſuis ſucceſſoribꝫ. Cuius capitula ſunt hec.

## ¶ Incipiunt capitula huius libri.

¶ Capitulum primū eſt de berozia: et eſt equitatis et timoris dei.
¶ Capitulum ſecundū eſt de leone et boue. et eſt caplm̄ de dolo ꝛ ſeductione.
¶ Capitulum tercium eſt de inquiſitione cauſe dymne. et eſt capitulum de fine illius q̄ delectabatur in malo alterius.
¶ Capitulum quartum eſt de columba. et eſt de fidelibus ſocijs.
¶ Capitulum quintum eſt de coruo et ſturno. Et eſt de eo qui confidit de inimico ſuo ꝛ quid vltimo accidit ei.
¶ Capitulum ſextum de ſymea et teſtudine. Et eſt de eo qui affectat habere amicum. et poſtq̄ꝫ acquirit ipm̄: neſcit eum conſeruare donec amittat ipſum.
¶ Caplm̄ ſeptimū eſt de heremita. et de eo q̄ celer eſt in ſuis negocijs. et nō reſpicit vltīa
¶ Capitulum octauum de murilego et mure. Et eſt de inimico qui requirit pacem inimici ſui in tempore neceſſitatum
¶ Capitulum nonum eſt de rege et aue. Et eſt de ſocijs qui imitantur ad inuicem. Et quomodo debeant ſe cauere ab inuicem
¶ Capitulum decimum eſt de Eſdra rege et de eo qui prorogat iram ſuam. et ſuperat ſua vicia
¶ Capitulum vndecimum eſt de venatore et leena. Et eſt de eo qui deſinit a malefaciendo alteri propter malum quod ſibi accidit.

# ¶Capitulum I

¶Capitulum duodecimum eſt de heremita et peregrino. et eſt de eo qui relinquit opera
propria. et facit que non debet.
¶Capl'm tredecimū eſt de leone et vulpe. Et eſt de amore regū q̄ reſtituit̄ poſt īimicitias
¶Capl'm quartumdecimū eſt de aurifice et ſerpente. Et eſt de facienda miſericordia
¶Capitulum quintumdecimum eſt de filio regis et ſocijs eius. Et eſt de diuina ſente-
tia quam nullus poteſt effugere.
¶Capitulū ſextumdecimū ē de auib9. Et ē de ſocijs et de primis q̄ decipiūt ſe inuicem
¶Capitulum ſeptimūdecimum eſt de columba et vulpe. Et eſt de eo qui perhibet con-
ſilium alteri. et ſibiipſi neſcit conſulere.

¶De berozia principe medicorum et eſt equitatis et timoris dei.

## ¶Capitulum primum.

INquit berozias caput ſapientum perſie. qui trāſtulit hunc librum ex lin-
gua indorum. Et interpretatus eſt ipſum. Fuit pater meus de tali proge-
nie. et mater mea de nobilibus talium. de melioribus autem rebus q̄ di-
uina miſeratio mihi contulit cū fuiſſem magis honoratus q̄ͣ ceteri de do-
mo patris mei et magis dilectus apud patrem meum. q̄ͣ omnes frēs mei.
quoniam conſtituerunt me in ſtudio ſcientie medicine cum eſſem ſeptem annorum.
Cūq3 cognoui finem artis medicine. et eius vtilitatem: laudaui conſiliū parentū meo-
rum: de eo q̄d mihi ꝯtulerūt. et appoſui oculos meos et cor meū circa ſtudiū librorꝫ me-
dicine ad intelligendum eos. Erat autem deſiderium meum forte in ipſa ſcientia do-
nec fui bene in iſta ſcientia peritus. et perueni ad illud quod optauit anima mea. vt va-
lerem curare egrotos. et per hec reputaui exaltatum ſtatum perſone mee. prouide quip-
pe ſuper quattuor rebus quas dicuntur homines acquirere. dixi inq3 qui ſūt. nobiles
mores quos ſolebam mihi acquirere. diuitias nūq3 vel delicias. aut bonam famā. aut
meritum futuri ſeculi. Et deliberauit conſilium meum eligere meritū futuri ſeculi quo-
niā reperi in libris medicinarum. q2 exercitium ipſarū videt̄ bonū apud ſapiētes ꝛ ſcōs
et non inueni illud apud quemq3 hominum ſeculi in omnibus linguis gentium de-
ſpectum. et inueni in libris medicinarum vbi dicitur. quoniam optimus medicorum
eſt. q̄ vtit̄ medicinis. vt eas exerceat. non ad mercedem huius ſeculi ſed futuri. Viſum
itaq3 mihi eſt figere me medicationi egrorum ad honorem diuini nominis et nō ad pre-
cium. Et factus ſum tanq3 mercator. qui vendidit lapidem precioſum pro vno talento
cum valeret pecuniā maximā. Etiam q2 reperi in libris medicine. q2 medicus q̄ exercet
medicinā ſuam ad meritum futuri ſeculi: nihil ex ſui nobilitate ex hoc diminuit. Et eſt
ſicut ſeminator qui ſeminat grana tritici in terra: vt naſcat̄ et triticum. non autē herba.
Sed tamē cum naſcitur ſemen: naſcuntur cū eo herbe. Et propoſui ergo curare infir-
mos ad ſpem domus mei ſeculi. et non dimiſi curare infirmum quem ſciebam poſſe ſa-
nari. Eius vero qui curari non poterat a curatione non deſinebam meum poſſe. Sed
regulabam et cauebam illum a malis rebus. et exhibebam ei de medicinis ad ſui ſuffi-
cientiam. et a nullo cui hec contuli conſenſi recipere quicq3 mercedis vel doni. Nec
volebam agere opera que ipſi agebant. ſed illius cuius mores boni ſunt inter homi-
nes. Et congregaui iuſticiam verbo et opere. et humiliabam animam meam quando
magnificabatur ſuper me. et cupiebat vanas glorias illorum virorum ita q2 a ſuo ꝓpoſi-
to deſinebat. porro cum inclinabat ad vanam gloriam eorū et ad eorꝫ nobilitatem aſpi-
rabat: viſum eſt mihi tunc conferre cum ea dicens. O anima mea: nonne diſcernis tuū
bonū a malo: nōne diſcernis niti querere illud ad quod nullus peruenit in hoc ſeculo:
ſed ſemper deficit ſuum bonū in ipſo. ꝛ eius triſticia augetur qn̄ ab eo ſeparatur. ꝛ mul-
tiplicantur ſuſpiria in ſuo corde ſemp. Aīa mea nūq3 recordaris delectationis poſt hūc
mūdū aduenientis. et obliuiſcaris eius. pꝛe tua nimia cōcupiſcentia erga hoc ſclm. nōne
verecūdaris a ſocietate malignorum et impiorū huic ſeculo adherentiū. q̄d fugit ſicut

# Capitulum I

vmbra. et eius bonū deficit in manu tenentis illud. et non permanet nec adheret ei ni
ſi ſtultus. nec diligit illud niſi homo fatuus. Anima mea diuertere ab hac fatuitate et
humiliare te et eſto contenta victu ſtatuto tibi. et quia rem habes ſup maximo bono et
grandi mercede q̄ tibi ꝑuenit ab ipſo deo: et nequaq̄ decipiaris a tua cupidine. An ne-
ſcis ꝙ hic corpus plenū eſt tormētis et anguſtijs et languoribꝫ et accedētibꝫ compoſiti-
one. et mictatura corruptibili et ſordida. q̄ omnia congregāt radices quattuor. q̄rū alte-
ra ſuperat alterā que fundamētū ſūt humane vite et finis om̄is viuentis eſt mors. ad-
modū ſtatue. cuius mēbra ſegregata ſunt et per ſe diuiſa. componūtur autē et iungunt
vno clauo. quo amoto cadūt mēbra. Anima mea neq̄q̄ decipiarꝭ a conſortio ſociorum
tuorꝝ ne ſit tuū deſideriū magnū ad dilectionē ipoꝝ. Sicuti em̄ videt eē in ſua dilectio-
ne gaudiū et delectatio. ſic eſt in ea cōtriſtatio et tribulatio. et erit finis eoꝝ dilectionis
ergo te ſepara ab eis. tūc efficieris tanq̄ coclear quod trāſmittit in brodiū olle dum ſa-
nū ſit. cū vero fractū fuerit in igne proycit vt cōburat. Anima mea ne ducāt te ſocij ꝛ vi-
ri pacifici tui cōgregare rem. pro cuiꝰ ꝯgregatiōe pibis. ac per hoc intēdis eis cōplacere
et volūtatē eoꝝ adīmplere. tibi aūt ages malū ne forte eris ſicut thuribulū qđ cōburit
a prunis. Alij aūt capiūt ſuū bonū odorem. Aīa mea ne decipiarꝭ vanis glorijs que ꝑ-
cipitari faciūt ſuū patronū. nec quis cōſiderat malū quod ſequit ex eis donec ſeparat
ab eis efficieris tūc ſicut capillus capitis. q̄ dū eſt in capite. cultat a ſuo patrono ac ho-
noratur. cūq̄ ceciderit de capite ab eo deſpicit. et ſuis pedibus in terram conculcat. A-
nima mea aſſiſte ſup curatione languētium. et ne diſpliceat tibi hoc quod vilipenditur
ſcientia medicine ab hominibus cum ſint ſtulti et nihil penitus ſcientia ꝑticipāt. Cō-
ſiderare immo debes et in tua mente reducere ſi quis auferat de corde ꝓximi ſui triſti-
ciam et dolorē et eam a languore liberet reſtituens eam ad primā q̄etem in q̄ fuerat Nō
ne languēs ille tenet remūerare illū medicū magna remuneratione de beneficio quod
fecit ſibi medicus. qui egit hoc beneficiū vni. ergo eſt remunerandus bono merito. quā-
to magis qui laborat circa curationem magne turbe infirmoꝝ et multoꝝ virorum. faci-
ens totum ad mercedem futuri ſeculi. et liberet eos a ſuis languoribus et infirmitati-
bus. donec reſtituantur ab illis grauibus infirmitatibus que ſeparabant eos ab hoc
mundo tranſitorio et ſuis delicijs et cibis et potibus et delectationibus. ac cunctis e-
ius vanitatibus et laboribus ad perfectam quietem. in qua prius fuerant. vt valeant
gaudere in hac vita et contentari. Quoniam merendus eſt maximo merito et confide-
re debet de diuina mercede (que omnibus eſt preſtantior) erga eius creaturas. Anima
enim mea nequaq̄ abijcias abs te futurum ſeculum: declinans ad hoc damnabile et
maledictum. et vendens id quod magni eſt valoris: modico pro precio. Efficieris in-
q̄ ſicut mercator quidam. de quo dicitur. Q, cum idem domum ſuam haberet plenam
ſerico. cogitauit intra ſe dicens. Si vendam ipſam ad pondus: redibit me more tem-
poris. et abiens vendidit illud ſimul et totum cuidam alij mercatori pro medietate pre-
cij. Factum eſt autem poſtmodum cum increpaſſet aduerſus animam ſuam ꝛ caſtigaſ-
ſet illam ex ſuis propoſitis: non potuit ſibi adinuenire fugam nec excuſationem. ſed ſta-
tim recognoſcens delictum ſuum confeſſus eſt quod commiſerat et declinans a ſua cu-
pidine ad quam aſpirabat et in qua confidebat: conſtituit ſe curationibus infirmorum
languentiumq̄ intereſſe ad mercedem futuri ſeculi. Nec hoc pro tanto impediuit me:
a perceptione honoris et gratie in hoc mundo magnis a dominis: cuiuſcunq̄ ſta-
tus anteq̄ irem in indiam. Et poſtq̄ inde redij etiam tribuit mihi deus omnipotens
ſuam gratiam et miſericordiam in oculis omnium amicorum et ſociorum meorum:
magis q̄ volebam. et vltra q̄ mee vite diebus merebar. nec vnq̄ regraciari potero. ¶
Poſt hec vero inſpiciens ego libris in q̄plurimis medicinarum inueni perlegendo
et cognoui quoniam non eſt in ipſo medico potentia ſanandi infirmum aliquem. ſic
vt ſit ſecurus: vnq̄ in vite ſue diebus eandem egritudinem ad ipſum redire. aut

# Capitulum I

aliam ſimilem etiam illi aut factorez. Et dixit inq̄ quomodo laborabo in preparatione medicine cum egritudo valeat ad ipſum redire. aut alia ſibi ſimilis. Tunc vero cognoui quoniam exercitium iuſticie et equitatis eſt melius medicinis vniuerſis. Sanat eñ patronum ſuum perfecta ſanatione in qua poteſt confidere: quoniam nunq̄ perueniet ei languor. Et videns hec ego deſpexi libros medicine et vilipendi. et propoſui ſequi legem et fidem. Cūq̄ cecidiſſet hoc in mentem meam cognoui quoniaȝ melius eſt hoc facere q̄ ſtudere et vacare in ſcientia medicine. In libris eñ medicine non inueni memorationem de fide et lege. Nec in eis vidi viam ad legem bonam. neq̄ malā. ¶ Nationū vero et populoꝝ mundi. Alij ſunt qui poſſiderūt leges et linguas a ſuis primis parentibus. Alij vero obſeruant eas ad meritum huius ſeculi et delectationem ⁊ vanam gloriam ipſius. Omnes autem tenent illos eſſe in veritate et equitate. Et forſitan qui confitet̄ vni illoꝝ: negat primū fundamentū. Et eſt errās et ſtultꝰ. Et qui aduerſus eos eſt ſtabit in ſecreto dei et ſanctorum ſuorum. Et alter reprehendit fidem et legem alterius et arguit contra illam. Viſū eſt itaq̄ mihi inquirere ſup ſapientibus linguarū ac gentium aceoꝝ dictoꝝ vt viderem quid ipſi dicūt et q̄ō reſpondeant. per hec forte potero verū a falſo diſtinguere. et eligam illud. ⁊ in ipō ꝑmanebo cū cordis ſimplicitate ⁊ operꝫ bonitate. Non eñ expedit me credere quod ignoro. nec adhuc quod non intelligo adherere. Et vacans circa illud interrogaui. et queſiui. et non reperi apud illos niſi mihi laudantem legem ſuam. et legem vituperantem alteriꝰ. Et ex hoc intellexi quoniā oīs iuxta appetitū reſpondebāt. et cū eo agūt. Nō aūt ſecundū iuſticiā et eq̄tatem niſi mereretur quiſq̄ illoꝝ ex hoc opere. et apud illos nō inueni aliq̄d q̄d mihi iuſticiā oſtēderet vt cognoſcerent eam viri intelligētes et placeret eis. Et videns hoc nolui ſequi alterum ipoꝝ ſciēs ꝙ ſi crederi alicui eorū de eo q̄d ignoro. ero ſic ille credulꝰ deceptꝰ de quo dixi.



¶ Quoniam cum iret latro quidam ad furandum de nocte in domo cuiuſdam diuitis cum quibuſdam ſociorum ſuorum aſcederunt pariter ad tectum domus: vt intrarent

# Capitulum I

in domū illā. et excitatus paterfamilias ad ſtrepitū illorū: obtinuit. ſciens non aſcendiſ
ſe illa hora niſi malignos homines. et excitans vxorem ſuam. ſilenter aitei. Eſtimo q̄m
latrones ſunt in tecto noſtre domus. Nūc aūt volo. vt a me queras alta voce vt ipſi poſ
ſint audire dicens. Nunquid mihi narrabis q̄uo et vnde tot magnas diuitias cōgrega/
ſti. et cum tibi annūciare voluerim. qreres a me pluries. donec tibi dicā. Fecit itaq̃ mu
lier. ꝛ interrogauit viꝝ ſicut ei dixerat. cui vero reſpōdit. Quid tibi hoc q̄rere. ex quo edu
xit te deus ad magnas diuitias ꝛ ſubſtantias. comede/ gaude/ ꝛ bibe. et non interroges
me de eo quod tibi non eſt declarandū. Ne forte audiens nos aliq̃s poſſet nocere no/
bis. et in periculū redūdare. Dixit itaq̃ mulier. Rogo te indica mihi hec. q̄m non eſt q̄
poſſet nos nunc audire. et ſentire verba noſtra. Et ait vir. Scito q̄m non congregaui
diuitias q̄s tu vides ꝛ mecū poſſides. niſi furtiue. ꝛ malo modo. Cui dixit mulier Quō
hec p̄nt eſſe. cū ſis bonus et iuſtus apō me ꝛ apō omnes homines q̄ tui habent noticiā
ꝛ nūq̃ fuit aliq̃s q̄ de te malū ſuſpicaretur. Cui reſpondit vir. Scito. q̄m hoc ſapientia
ꝛ intelligentia faciebā. ꝛ agebā caute mea facta ꝛ ſecrete. vt nullus valeret percipere. Di
xit mlier. Quō faciebas. Inq̄t vir. Ibam in nocte plenilunij. et aſcendebam ſuper do/
mum vbi furari entendebā. Et accedēs ad feneſtrā vbi radij lune ingrediebātur. ꝛ dice
bam hanc coniurationē/ ſcꝫ ſulem ſulem ſepties. Deinde amplectabar lumē lune ꝛ ſine
leſione deſcendebā ad domū. ꝛ q̄n erā inferi⁹. ſtabam aduerſus lumen lune. ꝛ iteꝝ ſepti
es hanc coniurationē proferebam dicens ſulem ſulem. ꝛ reuelabant mihi omnia bona
et theſauri domus. Et acceptis q̄ volebā. iteꝝ amplectabar lumen lune. et aſcendebam
deferens illas diuitias mecū illeſe. et ſine aliquo ſtrepitu. Cūq̃ audirent eos fures: le/
tati ſūt valde dicentes. Iā inuenim⁹ hic qō melius eſt nobis cūctis theſauris auri et ar
genti et ceteris diuitijs q̄ in hac domo habere poterim⁹. Iam eēm inuenimus ſcientiā q̄
auffert a nobis oēm dubietatē et timorem. ſecuri erim⁹ cum hoc a cura. et contracta ab
eis mora: donec eſtimarent dormire patremfamilias cum vxore ſua. Surrexit maior
eorū: ꝛ accedens ad feneſtrā: per quā radij lune ingrediebant. ꝛ ꝓtulit ꝯiurationē dicēs
ſulem ſulem ſepties. et ampleratus radiū lune putās deſcendere cū eo: corruit ad terrā
ſuper faciem ſuā. Et exurgens paterfamilias verberauit ip̄m multis verberibꝫ. dicens
ei. Ad q̄d veniſti. et q̄s es tu? Qui reſpondit. Ego ſū credulus ille ꝛ ſū decept⁹ q̄ credidi
que audiui anteq̄ fuerim expertus. dign⁹ ſum ad omnia que in me agis. ex quo in tuis
verbis credidi. et me tuis verbis decepiſti.

Et factū eſt: cū timerē credere illud: per qō ſcirē me poſſe p̄cipitari: ſcđario adhi
bui ſollicitudinem inq̄rendi leges: ꝛ eligendi meliores ipſarū. et non inueni in
omnibꝫ his q̄ dicta ſūt mihi aliq̄d qō ſubintraret mētē meam. vt poſſem illud credere. ꝛ
ſibi adherere. Vade dix: nec quo nūc inueni vbi poſſim appodiari. nō eſt mihi meli⁹ q̄
ꝑmanere in lege parentū meorū. non inueni viam ꝑmanendi in ea: dixi. Si dixero ꝓpter
hec et hoc. Ecce magnus q̄ inueniens parentes ſuos magos reprehendi ab hominibꝫ.
Et recordor q̄d eſt de quodā: q̄ cū eſſet in ſuis cibis irregular⁹: ab homibꝫ vituperabat.
Ipſe aūt cām eis aſſignabat dicens. Sic mei parētes. ꝛ parētes parentū meoꝝ comede
bāt. Et cū hoc inueniſſē in hoc mūdo. cām ꝑmanēdi in lege parentū meoꝝ volui iterū
inq̄rere de linguis ꝛ legibꝫ. earū ſcire veritatē. Verūtamē mihi placuit q̄m finis ꝓxim⁹
eſt. Et cōſideraui q̄m dies mei cōſūmati ſūt. Et finis meus venire feſtinauit. ꝛ cogitans
hoc dixi. Ego neſcio vtrū receſſ⁹ me⁹ ab hoc ſclo ſit in momento. Et pri⁹ q̄dem faciebā
oꝑa q̄ ſperabā eſſe de nūero bonoꝝ. Nūc autē in eūdo ꝛ redeūdo ad acq̄rendū de legibꝫ
et me de altera in alterā transferendo. detinebar a maximo bono ꝛ magna miſericordia
quā poſſe exercere. Et erit finis meus peius agere preterq̄ petitioni mee ſatiſfiat. Et for
ſitan in eūdo et redeūdo adueniet mihi qō aduenit cuidam equo. de quo dicitur.



¶Quoniam cū quidam mulierem habentem vir adamaret. ⁊ ageret cū ea: fecit ſibi mu
lier meatū ſub terra: ꝑtendentē a domo ſua vſq; ad domum illius. fecit foramen meatus
in domo ſua apud quendam lacū: in quo prius puteꝰ extiterat ꝓ rebꝫ neceſſitatis et ti
moris: ne qñ ſuperueniret eis ſubito maritus. Quadā vero die dū amaſius staret cū mu
liere: ſuperuenit maritus in oſtio. ⁊ ait mulier amaſio ſuo. feſtina et recurre ad meatum.
qui eſt apud locum putei. ⁊ feſtinās ille ad locū. nō inuenit puteū. qm̄ priuatus iā erat.
Et rediens ad mulierē. dixit. Iā iui ad locū quē dixiſti mihi. et ibi puteum non inueni.
Cui dixit mulier. O ſtulte quid tibi de puteo meo. indicaui tibi puteū: niſi vt indicaret
tibi foramen meatus. At ille reſpondit. Non bñ feciſti. Nō ei puteū cū nō eſſet nomina
re debuiſti. qm̄ exhibuiſti me huic pericl'o. Cui dixit mulier. Ve tibi. Relinque fatuita
tem tuā ⁊ verboꝝ multitudinem. et recede in viā tuam. Dixit ille. Quo iboꝝ qr tu mihi
verba inſtituiſti: neſcio qd faciam. Et anteq̄ ſermonem perfecerit. intrauit paterfamilias
et illo inuento. verberauit eum. ⁊ vltimo duxit eū ad iudicē. de maleficio accuſādo.

Et factum eſt cum pauerē. ne mihi in eūdo ⁊ redeūdo accideret ſicut illi. Quod a
mihi vt non inducat mihi ſuper hoc negocio de timore magis q̄ perceperim ⁊
deliberaui relinquere illud. ⁊ agere omne opus quod intellectus atteſtatur eſſe purū. ⁊
in eo lingue concordarēt vniuerſe. qm̄ bonum eſt. Et ſubtraxi manum meam a percuti
endo ⁊ affligēdo hoīes ⁊ a vana gl'ia ⁊ furto ⁊ a fraude. ⁊ a decipiendo quemq;. Et preſer
uaui me ab omni mendacio ⁊ ab oī qd̄ poſſet nocere hominibus. et alienaui me a tribu
latōe hoīm et a malicia et a vanitatibꝰ ſuis ⁊ ab oī maleficio ⁊ ꝑuaricatione. Et iuſſi aī
me e nō affectare malum hominum. ⁊ non deuiare in perq̄rendo meritū futuri ſeculi ac
eius afflictionē. et prolongaui malignos a mente mea. et adheſi rectis cum anima mea
Et conſideraui quoniam non eſt hominum ſicut iuſticia ſocij et amicus vidi quoniā
quicunq; hominum acquirit eam. quando deus concedit ei. eſt melior et dignior cum

# Capitulum Primum

habitu et de horribilior pr̄e ⁊ matre. Et inueni qm̄ ipſa eſt que docet rectitudinem et bo-nitatem. ⁊ ſuo viro bonum p̄ſtat conſiliū ſicut opus eſt fidelis amici. ⁊ nō deficit quando ſuſcipit q̄s de ea. ſed augeť: ⁊ non marceſcit. qū quis vtiť ea. ſed additur ei nouitas et pulchritudo. Et in ea dubitationem non eſſe inueni. Nec vilipendent illa tempora. et non timebit aquam nec ignem. nec latrones. nec malas feras. nec adueniet ei aliquid de accidentibus mūdi. Et conſideraui illum qui velipendit iuſticiam. ⁊ neſcit ſuum finem. quoniā modicū bonū quod inuenit in hoc mūdo facit eū obliuiſci multi boni qđ in mūdo futuro eſt. vt illud derelinquat. et ſimilis fit mercatori de quo dicitur.



¶ Quidā mercator erat q̄ cū haberet margaretas non perforatas: cōduxit quēdam ad pforandū eas p centū ſolidis in die. Et cū domū intraret mercatoris vidit cytharam in angulo ſuſpenſam. Cui dixit mercator. Scis ne pulſare? Cui reſpondit bene ſcio. At ille dixit. Accipe nūc ⁊ pulſa vt audiamus. At ille ea accepta: pulſauit. et nō ceſſauit tota die. dimiſſis vaſis margaritarū apertis. donec dies declinauit. In ſero autē dixit ei da mihi ſallariū meū? Cui reſpondit mercator. Quid operat' es: vnde debes mercedē recipere? At ille inquit. Feci qđ mihi precepiſti. et ſoluit ei centū ſolidos denariorū: ſuis margaritis remanentibus imperforatis.

Et factum eſt cum addidiſſem circa mundi negocia et eius concupiſcentias addidi et ipſum vilipendere. et eius vanitates abijcere. et in diuino cultu et religione me deliberaui confirmare. Et vidi quomodo religio et diuinus cultus conſeruant hominem: ſicut pater ſuum filium. Et inueni religioſum quoniam glorificatur. Et eius gradus magnificatur. et cum magnificetur: humiliatur apud ſe-ipſum. et ſufficit ei victus ſibi conſtitutus. et a bonis et diuitijs hominum excluditur Et ex his que ſibi concedit deus: contentus eſt. ⁊ non contriſtatur. ⁊ expoliatur ab hoc ſeculo. Et fit liber a tribulationibus. et abhorret concupiſcentias. et exiſtit mūdus. Et eius ſuſpiria non deficiūt. ⁊ abijcit inuidiam. ⁊ amor ei reuelatur. Et eius aīa ab huius

# Capitulum Primum

mundi vanitatibus probibet̄.et eius intellectus perficitur.et reſpicit futura ꝛ non timet
boīes vt peccatū.et ſit pacificus. Cumqꝫ conſideraſſem opera religioſi. addidi amorem
in ſuis operibus. ita ꝙ deuenit in mentē meā effici.ſicut ipſe. Poſtea vero timui.ne for-
te non poſſem ſuſtinere vitam religioſoꝝ. vt ne quando me ex affectu contingeret redire
ad cibaria.quibus nutritus ſum.ꝛ cognoui.qm̄ ſi relinquerem omnia . ꝛ cōuerterer ad
opera religioſoꝝ. forte in ipſis permanere non poſſem. ꝛ relinquēs prima opera q̄ ſolebā
facere.cum eſſent bona.ꝛ accideret mihi.ſicut cani De quo recitatur fabula talis.



¶ Erat quidam canis qui cum ambularet iuxta fluenta: portās carnis fruſtum in ore
ſuo: vidit vmbrā carnium in aqua. ꝛ credens illud capere: pre ſua concupia: aperuit os
ſuum ad capiendum illud.et cecidit qđ habebat.et remanſit vacuus ab vtroqꝫ
Timui ergo timore maximo religionem. ꝛ dubitaui de pſona mea.ne quādo mo-
leſtaretur: et non poſſet tolerare et in ſtatu q̄ fueraꝫ: cogitaui permanere. Poſtea
vero deliberaui permanere inter illud qđ timebam non poſſe tolerare. Et illud quod
aduenit habitanti in mundo ex triſticijs ꝛ anguſtijs. Et manifeſtum mihi eſt. qm̄ non
eſt aliqua concupiſcentia nec delectatio huius ſeculi.q̄ nō cōuertat̄ in triſticiam ꝛ lan-
guorem. ꝛ cauſat dolorē ꝛ aduerſitatem in hoc mundo. Sicut aqua ſalſa. de qua quan-
tumcūqꝫ quis plus biberit. tāto plus ſitiet. Aut ſic os in quo nil aliud eſt. niſi odor car-
nium. qđ cū inuenerit canis. volens illud rodere. confricantur exinde cum eo gingiue
donec ſanguis ex illis fluat. At ille pro tanto non ceſſat pertractare os. ſuis dentibus
Et quātūqꝫ magis querit rodere os ſuū. q̄rit diminuere ſanguinem ſuū. Vel ſic mil-
uus. q cū inuenerit modicū carnis. cōgregāt ſe aues ad ipſum. ita ꝙ tota die exiſtēs in
tribulationibus ꝛ fugis ꝓpter eas. dimittit eis carnem. Et ipſe remanet exinde inanitus
Vel ſicut vas in quo eſt deſup modicū mellis. de ſubtus vero plenū veneno. Et q̄cūqꝫ
de eo guſtauerit. parū de dulcedine. ꝛ multū de amaritudine. percipiet Vel ſicut ſonus
dormientis. in quo ei9 aīa cū dormit gratulat̄. Cū vero fuerit excitatus. eius gratulatio

# Capitulum Primum

expirat. ¶ Vel ſicut coruſcatio que paꝝ illuminat. ꝛ ſubito recedit ꝛ remanet homo
in tenebris ſicut prius ¶ Vel ſicut vermis ſerici qui ꝑtendens filum ſerici a ſe: cau
ſat ſibi necem. Et factū eſt cū cogitaſſem in his. ꝛ correxiſſem aīam meā vt eligerem reli
gionem. ꝛ ad eam declinarez. contuli cum anima dicens. Non decet me trāſferre de ſta
tu religionis ad ſeculū. ꝛ de ſeculo ad religionē. cū in ſeculo triſticiā eſſe ſcio et laborem
nec conſentiam ire ꝛ redire ꝛ non in vno ꝯſilio ſiue ſtatu permanere. ¶ Ne fiam ſicut
quidā iudex qui fuit tpe antiquo: ad quē cum accederet aduerſari⁹. Primo exponens ſi
bi cauſam. ferebat etiam ſententiā pro ſe. Sup ueniens cito pars altera ſuā ſibi cauſam
declarās cui ꝛ ſententiā pro ſua volūtate dedit. Et conſideraui quid aduenire poſſet mi
hi ex moleſtia religionis ꝛ eius anguſtijs: iudicaui eſſe valde difficile mihi dicens. con-
tra. modica eſt hui⁹ mūdi delectatio: acquirendi pro ea trāquillitatem futuri. Et conſi-
derans ꝙ affectabat aīa mea delectationes hui⁹ mundi. dixi ꝙ doloroſa eſt hui⁹ mundi
delectatio. cui⁹ finis eſt ad eternā afflictionē. Et dixi: quō non debet ſape homi modicū
abſinthij. cuius finis eſt ad maximā dulcedinē. Aut quō non debet ei ſapere modicū
dulcedis cui⁹ finis in maximā redūdat amaritudinē. Et dicit ꝙ ſi alicui latuz fuerit. ip-
ſum victuruz centū annis. ꝛ non viuere niſi in anguſtijs ꝛ tribulationib⁹. ꝛ non deficere
ſibi in illis triſticiā ꝛ dolorē. et poſt illud tempus eſſet liber ab omni tribulatōe ꝛ dolore
et ſemꝑ viueret cū omī trāquillitate ꝛ delectatōe. Nunqđ videbūtur illi centū anni qua
ſi vnus dies. Sic et ego. quō refutabo modicuz anguſtie et laboris in modico tpe quo
vixero in religione per qđ deueniā in maximā tranquillitatē et iocunditatē. None hoc
ſeculū plenū eſt afflictione ꝛ dolore. Nonne trāſit homo de dolore in dolorem toto ſuo
tpe. a quo formari incipit in vtero ſue matris vſqꝫ ad diem mortis. Inuenimus eīm in
libris medicine quō embrio creaꝛ de gutta ſꝑmatis recepta in vtero mulierꝭ. q̄ mixta cū
liquore mulieris ꝛ ſanguine efficiꝛ ſpiſſa et cōdenſaꝛ parum. Deiceps vero dn̄atur aer
liquori ꝛ ſanguini donec ad modū aque caſei reddet illud: poſtea vo diuidūtur ei⁹ mē-
bra vſqꝫ ad ꝯſumatōem numeri dieꝝ ſuoꝝ. Qui ſi fuerit maſculus erit ei⁹ facies ꝟſus
lumbos ſue matris: ꝛ eius formatio ꝑficieꝛ in quadraginta dieb⁹. Si vero femina fu-
erit erit eius facies verſus ventrē matris eius. et in ſexaginta diebus perficietur eius
formatio. Concluſus in ſecūdina ꝛ ligatus cum vmbilico matris. ſuos tenēs oculos ꝛ
caput ſuꝑ ſuis genubus. ꝛ non manifeſtaꝛ de eo mēbrum aliqđ. ſed tot⁹ eſt plicat⁹: ꝛ in-
uolutus vt carta. ꝛ foramen eius vmbilici cōiunctū foramini vmbilici et de illo loco ſu
git illud de quo viuit de nutrimēto cibi ꝛ potus matris ꝛ ꝑſiſtit in huiuſmodi tribulati
onibus ꝛ doloribus vſqꝫ ad tēpus ſue natiuitatis. Cuz vo aduenerit termin⁹ egreſſus
eius. dn̄atur ſpūs ſuꝑ vterū matrꝭ. vt cogitat illum moueri de ſuo loco. ꝛ accedere circa
portam. ꝛ ſentiet tūc dolorem expreſſionis: ſicut oleū qn̄ exp̄mitur de oliua. ꝛ cū cecide-
rit in terrā. ꝛ tetigerit ipm vent⁹ aut man⁹ alicui⁹ exinde ꝑcipiet dolorem maximū. Si
cut ꝑcipit ille cuius coriū ab eo excoriaꝛ. poſt hec vo ꝑſiſtit in pluribꝫ generibꝫ tribula-
tionū omni die. vt cū fameſcit ꝛ non habet cibū ꝛ ſitit ex corporis trāſlatione ꝛ eius mo
tione ꝛ. ab eo qđ fertur ꝛ faſtiatur ꝛ ſaliꝛ ꝛ ſoluitur ꝛ ligaꝛ ꝛ lauaꝛ et vngitur. Et qn̄ iacet
ſuꝑ lumbis ſuis. et non poteſt ſe vertere hinc et inde ꝛ pl'es patiꝛ afflictiōes. dum exiſtit
in tpe lactatōis. Poſtea vo cū euaſerit a moleſtia lactatōis. incidit in moleſtiā correctio
nis ꝛ diſcipline ꝛ malaꝝ infirmitatū. ꝛ difficiliū languoꝝ ꝛ doloꝝ. ꝛ amararū medicina
rum potiones. Cum vero ad etatem iuuentutis tranſierit. incidit in tribulationē diui-
tiarū mulierū ꝛ prolis. ꝛ cupidinē querēdi omnia ꝛ ſe multis periculis exponēdi. Nec
cum hec ipm relinquūt q̄ttuor ſua mala que ſunt q̄ttuor elementa/ ſcilicꝫ colera nigra
citrina ſanguis ꝛ flegma ꝛ vēti. ꝛ venena mortifera ꝛ fere peſſime terror luporū atqꝫ ſer-
pentum ſonus. ꝛ vigilie. calor. frigus. pluuia ꝛ genera afflictionū ſenectutis ſi ad illam
peruenerit. Et ſi ab huiuſmodi tribulationibꝫ toto tempore ſuo permaneret pacificus.
nec moleſtaretur ab eiſdem et tantummodo de morte cogitaret tempore quo expedit
eum ab hoc ſeparari. ꝛ conſideraret iuſticias quas paſſurus eſt. tunc. ſ. ſepari a ſocijs

# Capitulum Primum

INquit k. d. Induxi tibi hoc exemplum vt ſcias q̄m ſi temptaſti agere proditionem contra regem tuum. quid facies contra alios. Iam ſcio: quoniam nobilitas apud te nihil reputatur. nec ſcis nil eſſe in mundo peior illo. qui credit in eo qui non habet fidem. Et qui facit miſericordiam illi. qui non recognoſcit illam. Et qui dat doctrinam non recipienti. Et ſecretum reuelat non celanti illud. Nec ſpero ammodo poſſe tranſmutari tuos mores. ſed in natura in qua natus es p̄manebis. Nā arbor amara ſi tota melle perungeret. non pro tanto faciet fructū dulcem. Et ego erraui huc vſq̄ in conuerſatione tua. q̄m quicunq̄ bonis conuerſat: poſſidebit ab eis bonum. ⁊ equitatem. Conuerſatio aūt impioꝝ poſſidere facit prauitatem cordis et maliciam operum Sicut ventus pertranſiens res ſordidas et fetidas: accipit inde malum odorem. Si vero tranſeat per aromata vt muſtum/ambram. capit inde bonum odorem. Et ego q̄dem ſcio tedium verborū meoꝝ aput te. Sed nunq̄ mundus ceſſauit ab hac ſua natura. vt ignorantes ſemper abhorreant ſapientes. et ſtulti nobiles. et mali bonos. ⁊ praui rectos. Fuit autem finis verborum k. cum dimna hic. et iam leo interfecit ſeneſbam. Et cum interfeciſſet illū: penituit ipm̄. et meditatus in facto poſtq̄ quieuit ira ſua: dixit. Triſtis eſt aīa mea de ſeneſba q̄m erat vir magni conſilij et intellectus. Nec penes me ſcio cauſam quare ipm̄ interfeceram. nec radicem ſcio mei operis. et diſplicuit valde leoni: et contriſtatus eſt. Et ſciens hec Dimna: Relicto kelila: iuit ad leonem. Inquit

# Capitulum Secundum

D. leoni. Domine rex. iam dedit tibi deus victoriam de inimico tuo. exterminauit enim inimicum tuum. Et qui tuam querebat animam quare igitur contriſtaris. Et reſpondens leo ait. quoniam penituit me feciſſe quod feci. cum eius conſidero conſilium ⁊ intellectum. et ſuos nobiles mores. ac ſui de ectabilem conuerſationem doleo in corde meo. Et ait D. Nequaq̄ dicat dominus rex hoc verbum. Non em̄ debes miſereri eius de quo timēdū erat. probus em̄ rex multociens abhorret quem diligebat. ⁊ expulit illū et poſtea recipit eū. et ipſum ordinat ſuper ſuis negocijs. quando de eo viderit bonitatem. ſicut facit ille qui abhorret tiriacam. propter ſui amaritudinem. non conſiderans ſui efficaciam. Aliquando autem diligit rex aliquem et honorat et exaltat. deinde vero illum perdit et exterminat timens eius malū. Sicut homo, cuius digitus fuit morſus a ſerpente amputat illū. eſtimans. ne quando dilatetur a veneno totum corpus et interficiat ipſum. Et audiens hoc leo a Dimna. credidit ei. et recepit ipſum ſecum aliquibꝰ diebus. Poſt hec vero dixit ſuo philoſopho Sendebar. Audiui inq̄ parabolam ⁊ percepi opera Dimne. cum ſit deſpectus et vilis inter animalia. et quid egit contra bouem et leonem. et quomodo ſubuertit corda eorum contra ſe inuicem. donec deuenerunt in odium. Sunt autem in verbis iſtis exempla: et magna doctrina cupientibus intelligentiam. vt ſe ſciant a viris doloſis preſeruare et timere. et dubitare. mendacia eorum ⁊ euitare. et inquirere diligenter circa ea vt extermināt omnes in quibus talia reperiuntur. quomodo eſt bonum conſilium et pax anime atq̄ quies.

Simile

¶ Explicit Capitulum ſecundum.

¶ Sequitur Capitulum tercium.



# Capitulum Tercium

De fine illius qui delectatur in malo alterius.

INquit rex diſſes. Sedebar philoſopho. Intellexi inq̄ verba tua de men-
dacijs viri doloſi querentis diſſipare veritatem cum verbis falſitatis. do-
nec remouet amorē. et ponit odiū in ſuo loco. Indica mihi nūc. ad quam
vltimo deuenit cauſam D. donec leo mandauit ipm̄ interfici. Inq̄t philo-
ſophus. Domine rex dicitur. ꝙ cum leo interfeciſſet ſeneſbam. poſt receſ-
ſū dierum penituit eum ipm̄ feſtinanter interfeciſſe. recordatꝰ ſui boni conſilij et intelle-
ctus et nobilis conuerſationis. nitebatᷣ autē leo ſedere multū ſemper cū ſocijs ſuis q̄bꝫ
delectabatᷣ. vt per hoc recederet eius triſticia. et in gaudiū poſſet reſtitui. Fuit aūt vnus
de familia regis. qui erat leopdus. qui cum eſſet nobilior et honorabilior ceteris ſocijs
regis. accepit eū rex in ſuū fidelem ſociū et conſiliariū. a quo recipiebat omni die conſi-
lium. et cū eo tractabat ſua ſecreta. et tota die aſſiſtebat ei. Quadam vero nocte cū tran-
ſiret iſte per oſtium domus K. et dimne. Audiuit verba K. corripientis D. et increpantis
ipſū ſue proditionis quā egit aduerſus leonē. oſtendebat em̄ ei. q꞉ male faciebat de toto
eo ꝙ egerat aduerſus ſeneſbam abſq꞉ culpa et delicto. et ſignificabat ei. quoniam non
euaderet de manu leonis. et impoſſibile erat ſuū malū et mendacia in vltimo non reue-
lari. nec habere in vltimo de ſuo malo aliquā vltionem. vt in foueam quam fodit incide-
ret. et in rethe q̄d parauit caperetᷣ. Et rn̄s D. K. fratri ſuo dixit. Iā ꝑuenit illō q̄d nō po-
teſt reuocari. Sed nūc relinquēda ſūt hec ꝟba. et querēda conſilia circa hec. vt trāſmu-
temus rem q̄ incidit mentē leonis de ſuo facto. ⁊ me q̄ꝓpe iā penituit eius q̄d feci. Verū
tamē mea cōcupia fuit que me ad hec induxit. Et audiēs hec leopdus venit ad domum
matris leonis. et retulit ei illud. poſtq꞉ ꝓmiſit ei iuramento. vt nō reuelaret alicui viuēti
Exurgens vero mr̄ leonis diluculo venit ad filiū ſuū. et inuenit eum ꝯtriſtatum. ⁊ cum
vidiſſet eū. percepit hec nō eſſe. niſi q꞉ ſine culpa interfecerat ſeneſbam. ⁊ ait ei. Scito fili
ꝙ ſuſpiriū et dolor nō potuerūt tibi reſtituere q̄d amiſiſti. ſed quotidie debilitāt corpus
et diſſoluūt et ꝑdūt intellectū. Sed indica mihi q̄ eſt cauſa tue triſticie꞉ q̄m ſi eſt res꞉ de
qua ſit dolendū. ſcias ꝙ nullus eſt tuoꝝ familiariū. q̄ nō ꝯtriſtetᷣ et cōpatietur tibi. Si
forte vero ꝓpterea ꝙ interfeciſti ſeneſbam. Iā patuit nobis q̄m inique feciſti. et abſq꞉ cul-
pa ⁊ delicto eſt mortuꝰ. ꝙ ſi tuā refrenares volūtatē in illa hora. Et cogitaſſes circa illō
adhuc. et imaginatꝰ fuiſſes triſticiā ⁊ dolorē quos merito pateris ſuper hec. fuiſſet vtiq꞉
tūc tibi reuelata ꝟitas. Dicūt em̄ ſapiētes. q̄m nullꝰ eſt qui habeat odiū aliq̄d aduerſus
amicos ſuos abhorreat illō. Nūc aūt indica mihi. qualiter erat animꝰ tuꝰ erga ipm̄. an-
teq꞉ interficeres ipm̄. ⁊ q̄n̄o poſt. Dixit leo. Iā multū in meo corde meditatꝰ ſum de facto
eius. ⁊ niſus ſū meo animo inuenire viā cōtra eū de aliquo delicto. ⁊ nō īueni. nec potui
ꝑcipere in eo aliq̄d mali anq̄ ipꝫ interficerē nec poſtmodū. penitet vero me amicitie eiꝰ꞉
q̄d feci. ⁊ mō doleo ⁊ cōtriſtor. oēs viri ſapiētes tenēt ſeneſbā fuiſſe innoxiū alijs oībus.
q̄ appoſita fuerūt aduerſus eū. Et q꞉ fuit mūdus ⁊ ſimplex corde. verūtn̄ prouocatꝰ fuit
cōtra ipm̄ crudelis aduerſariꝰ dimna ſua fraude ⁊ mēdacijs q̄ mihi retulit de eo. q̄ qui-
dē nūq꞉ fecit ſeneſba. nec ea cogitauit in corde. Sꝫ indica mihi. ſi aliquid audiuiſti. vel
ſi aliq̄s tibi de hoc enarrauit aliq̄d. Nā q̄n̄ fuerit cōſiliū cū verbis. q̄ ſimul audiunᷣ erit
magis manifeſtū ſenſui ⁊ ſatiſfaciēs cordi. ⁊ expedit vt homo nō relinquat in corde ſuo
dubiū aliq̄d. ſed inq̄rat veritatem. Dixit mater leonis. Relatū eſt mihi a q̄dā fideli ſo-
cio. quoniam dimna non iuſte egit contra ſeneſbam q̄d egit. Et q꞉ ſeduxit te. et ſubuer-
tit cor tuum aduerſus eum꞉ niſi propter inuidiā qua inuidebat eius dignitatē ⁊ ꝙ erat
in gratia quam inuenerat in oculis tuis. Ait leo matri ſue. Quis retulit tibi hec mater?
Ait illa. Qui mihi retulit. inhibuit ipm̄ non manifeſtare. ⁊ ſcias. q̄n̄cunq꞉ fuerit traditū
alicui ſecretū aliq̄d. debet eſſe fidelis de eo. ⁊ q̄ reuelat ſecretuꝫ q̄d traditum eſt ei꞉ decipit
amicū ſuū qui ei tradidit. ⁊ habet vilem ſtatum apud homines. Nec vnq꞉ aliq̄s ei ſecre-
tum reuelabit. Dixit leo vere dicꝭ. et res ita ſe habet꞉ vt dixiſti. Verūtn̄ nō debet q̄s ami-
co ſuo occultare veritatē. ſed oſtēdere illā vt meritū adimpleat. neq꞉ ſubtrohat veritatem

# Capitulum Tercium

quam audiuit et nouit. et maxime de hoïe et inquirat de ſanguine viri innocētis. Nam
q̄ occultat delictū peccatoris ip̄e particeps eſt illi. Rex aūt non debet aliquem cōdemp
nare nec affligere pro re dubia et opinione ſui cordis. niſi pro veritate. Nec procedat ad
aliquod punitionis. donec ei res pateſiat. ſanguis effuſio difficilis aſt apud deum. q̄ð
ſi ego egi malū̄ aīa mea. interficiens ſeneſbam ſine culpa. nolo idem facere de D. abſq̄
teſte et initio veritatis. Etiam video te ſcire illum qui reuelauit tibi. et tu inde culpam
habes. Dixit mater. Juſte dixiſti. verūtamen. eſtimabā prius anteq̄ tibi hoc dicerē. du
bitare in re. et ſufficere tibi teſtimoniū meum vt crederes mihi. nec haberes me ſuſpectā
apud te ſup hec. Dixit ei leo Non es apud me. niſi fidelis. Sed volo vt manifeſtes mi-
hi illū q̄ manifeſtauit tibi. q2 anim⁹ meus magis requieſcit. Dixit ei mater. Si ego ſum
fidelis in oculis tuis. affiige hūc crudelē ſeductorē. ſicut afflixiſti illum. Reſpōdit ei leo.
nullū incōueniēs te ſeq̄tur. ſi mihi reuelaueris illū. Dixit mr̄ leonis. immo maximum
malū mihi adueniet ſuper hoc. q2 vilepēdar in oculis ei⁹. q̄ mihi ſuū ſecretū reuelauit.
cū deciperē ip̄m. Et ſi hoc facerē. nunq̄ aliq̄s confideret in me. nec reuelaret mihi aliq̄d
Et audiēs leo hec a matre ſua. cognouit q̄m perſonā illam ſibi non reuelaret. Et ait ei.
Vade in pace.



¶ Mane vero mandauit rex congregare omnes ſenes et ſapientes populi. et exercitus
ſui. et miſit pro matre ſua. et pro dimna. vt eſſent coram ipſo. Cumq̄ cōgregati eſſent in
tota curia ante leonem. ſedebat leo inclinato capite ad terram. confuſus enim erat de eo
quod fecerat. quia interfecerat ſeneſbam.
¶ Cumq̄ videret hec Dimna: percepit. quoniam venit dies viſitationis ſue. et timuit
de morte. et ait ad eos qui erant ante ipſum. Quare rex oſtendit malum vultum: et do-
let et eſt contriſtatus. Nunquid eſt aliquid noui: propter quod congregauit nos om-
nes tam cito ante ipſum. Et reſpondens mater leonis ait contra Dimnam dicens.

# Capitulum Tercium

Quicquid vides de paſſione leonis eiuſqꝫ triſticia: non eſt aliud niſi quia reliquit te vitium vſqꝫ hodie. ex quo temptaſti te facere proximum regi. referens ei verba ſubuerſionis et induxiſti eū tuis medacijs et ſeductionibꝯ. vt interficeret ſenesbam. Et reſpōdēs dimna ait. Non video aliud q̄ dixerūt ſapientes niſi vera eſſe cum dicant. Quicūqꝫ laborat benefacere poſt triſticiam. et malum eſt ſibi valde propinquum. Sed abſit ꝙ hoc exemplū tangat regem. nec ſocios eiꝰ. qm̄ dictū eſt. Quicūqꝫ adheret malis: q̄uis nō exerceat opera eoꝝ: a malis eoꝝ non euadet. q̄uis caueat ſibi multū. Non eſt in mundo q̇ retribuat bonū pro bono: niſi deus ſolus. Quicūqꝫ vero preter eū ſūt: nō ſic faciūt. nec aliquē inuenio q̇ dignus ſit rectitudine ſicut regem. Et propter hoc videmus turbas religionū et deū colentiū: in montibus ⁊ locis deſertis habitantes. ⁊ oēm conuerſationem ⁊ ſtatum relinquētes. Nec miſcenᵗ cū eis propter ipſoꝝ nequiciam. Sed faciunt omnia magis ad honorem dei q̄ꝫ ad aliquod huiꝰ ſeculi. Dilectio vere mea. que fuit erga regem ſemper. et bonū conſiliū quod ei conſului. et caui et preſeruaui ipſum ab eo. q̇ contra ipſum inſurgere intendebat. ⁊ iuſticia cogitationum mearū induxit me in hanc tribulationem. Et q꞉ manifeſtabam ei quecūqꝫ de aliquo contrario ſuſpectū habebam Et reuelata fuit illa proditio aduerſus eū. ⁊ patuit ei per inq̇ſitionē qua inq̇ſiuit ⁊ inuenit veritatē. Et ſi ip̄e vult: inq̇rat dere. et inſpiciat in ea cū oculo veritatis. Tunc enim fiet iuſticia verboꝝ meorū in his omnibꝫ que ſibi retuli. qm̄ ignis qui eſt in lapide: ab eo non extrahiᵗ. niſi cū argumentis et ingenijs. Nec poteſt hoc latere. q꞉ peccatū delinquentis: q̄to plus inq̇ritur: tanto magis reuelaᵗ. et manifeſtaᵗ in mundo. et multiplicatur et noteſcit. ſicut res ſordida et fetida: quāto magis agitatur: tanto magis de ſuo malo odore ſentitur. Et ſi ego deliquiſſem. fugiſſem vtiqꝫ ad extremitates orbis terre. cum ampla ſit. nec ſtarem in curia regis. ſed confidens in ea iuſticia et ſimplicitate cordis et innocentia manuū mearum remanſi. nec volui fugere. Supplico tamen regi. ꝙ ſi aput ipſum fuerūt verba permixta. que dicūtur. mandet inquiri veritatē. et examinari ipſam. Et ſit ille quē rex ordinauerit ſup hoc vir bonus et ſimplex. legalis. nō auertens faciem in ipſa veritate. nec fraus ſit in operibus ſuis. nec velit me rex interficere innocentem. Et ſciet ſibi referri verba mea et verba aliorum. tunc videat et reddat iudicium. et nolit iudicare ſecundum verba inuidoꝝ et emulantiū: niſi cū veritate. quoniam ex quo manifeſtū eſt regi accepiſſe verbum falſitatis et mendacij. Et q꞉ ſeductus fuit: vt ſenesbam interficeret ſine culpa. et q꞉ non req̇ſiuit de veritate: debet cauere ſibi: ne iterum incidat in illud. qđ priꝰ: donec inq̇rat et ſciat. et ſcio qm̄ obtinebam a rege maximū ſtatuꝫ quem multi habere deſiderāt. et inuident mihi ſuper hoc. Et ſcio ꝙ ipſi loquūtur ei ſeditiōes de me. qđ ſi rex voluerit facere: deliberabit perdere me. nō habeo redemptorem ⁊ ſaluatorem niſi deum. q̇ nouit ſecreta et occulta cordiū. Ip̄e vero me liberabit de hac tribulatione. ¶ Dicitur aūt ꝙ q̇cunqꝫ facit aliqđ dubiū. nec veritatem ducit ad lucem. nec reſpicit bene q̇d facit. erit vltimo ſuū negocium. ſicut cuiuſdam mulieris. quam decepit ſeruus per ſuum amaſium. ita vt confuſa remaneret. Dixerūt leo et omnes alij viri. Quomodo fuit? Dixit Dimna.

## ¶ Parabola.

¶ Dicitur fuiſſe in quadam ciuitate nomine boſtenne in prouincia abezie quidā carpētarius. cui erat pulchra vxor. habebat aūt hec quendam amaſium pictorem: qui agebat cū ea. Dixit mulier ſuo amaſio. Uolo vt facias tibi ſignum. per qđ cognoſcā te in nocte vt non ſit tibi neceſſe clamare. nec pulſare ianuam. ne ſentiat aliquis. Cui dixit amaſius faciam mihi pannum album et nigrū ad ſigna rectoꝝ q̄ſi oculos. vt albū ſit ad moduꝫ lune. nigrū vero ad modū pupille oculi. et quādo videris illū. ſit tibi ſignū egrediendi ad me. et placuit mulieri. et fecit ita. Audienſqꝫ illos ſeruus mulieris qui erat in domo conſeruauit verbum in corde ſuo. Erat aūt amaſius accedens ad ipſam in nocte. Et illa videns ſignum veſtimenti. exibat ad ip̄m ſtatim. ⁊ ſic fecit hoc mō multis diebꝫ. Quadā vero die dum iret mariꝰ ad curiā regis de nocte ad operādum ibi: iuit ſeruus mulieris ad vxorem pictoris. quē mulier adamabat petijt ei. vt ſibi illud accōmodaret veſtimē

## Capitulum Tercium



tū.deditq; ei.et iuit cū eo ſeruus ad mulierē ſuā nocte. Uidens itaq; mulier ſignū credidit ſuum eſſe amaſium.que exiens ad eum.ſtetit cū eo. Et abiens ſeruus in viam ſuā. reſtituit veſtimentum illi mulieri. Poſt vero mediam noctem rediens pictor de domo regis.accepit veſtimentum illud.⁊ iuit ad mulierem. At illa cum videret.obſtupuit. Dixitq; ei. Quid tibi nocte iſta.et quare redijſti ad me iterum feſtinanter. ex quo adimpleuiſti tuam voluntatem. At ille cum audiſſet hoc verbum.percepit. quomodo alius homo acceſſit ad eam nocte illa. Et rediens ad domum ſuam.cepit increpare et percutere vxorem ſuam fortiter.donec ſciuit veritatem de re quacunq;. et accepit veſtimentum et combuſſit illud.

Hanc notate parabolam. vt non procedat rex feſtinanter in re ſophiſtica. Ipſe enim portaret peccatū.nec credatis hoc me dicere pre timore quem habeo de morte. Horū enim ſuperuenit homini malo ſuo velle.nec poteſt ipſam euitare et omnis viuens moriturus eſt.⁊ ſi centum haberet animas. Si vero ſcirem regi meam placere proditionem. Ego ipe ſibi ſponte me offerrem. verūtamen proteſtor mihi hec vt non immittat rex manum ſuam in ſanguinē innocentem. Nam ſicut faceret mihi nūc poſſet multis alijs facere. preter quā inquirat de rei veritate.et eſſet hoc regi magnum preiudicium.⁊ vtinam pateſieret hodie mea innocentia apd oīs.⁊ poſtea morerer ⁊ ſcirent omnes de curia.qm̄ innocens ſum. Sed timeo ne moriar in mea innocentia ignorata.et relinquam hanc infamiam poſt me. Et ait quidam de curia ipſi dimne. Uerum non loqueris hec pro dilectiōe tua erga regem.nec ad ſui honorem. ſed ꝓpter perſonam tuam loqueris.quia queris enim argumenta euadere a fouea quam incidiſti. Reſpondit ei d.maled cte tu:nōne merito innocētiam meā pateſacio dn̄o regi. aut habꝫ ne aliqs aliquem ſibi propinquiorem ſicut perſonam ſuam. Et niſi ego queram conſilia ⁊ argumenta pro mei liberatione:quis quereret illa pro me? Nam enim dicunt ſapientes. Quicunq; non benefacit ſibimet. nulli alteri benefacit. Et iam quidem bene patuit inui-

dia tua. Omnes enim aſtantes ſentiunt dolum et fradem tuam. quia nullum ſcis dili-
gere te. Et quia inimicaris tibiipſi. quanto magis alteri non es dignus habitare cum
brutis. maxime cuum rege. et eius familia. Cumq; dimna perfeciſſet hunc ſermonē aduer
ſus illum. obticuit ille. et exiuit de curia confuſus et triſtis a verbis que locutus eſt ei
Dimna. Et reſpondens mater leonis: dixit. Non miror niſi affluētie tue lingue in ver-
bis et parabolis. quas tu profers aduerſus omnes contra te loquētes cum cōmiſeris
omnia que commiſiſti de dolis et ſeductionibus. Ait ei Dimna. Quare reſpicis vno
oculo. et audis vna aure. nec reſpicis res cū veritate. et oculo fidelitatis. ſed in ipſis p-
cedis ſecundum tuam voluntatem. Uideo tamen q meum infortunium me permuta
uit ante oculos tuos. Nec eſt aliq̄s qui loquit̄ cū veritate et ptractat ipſam. ſed vniuer
ſi falſe reſpondent. et iuxta proprium appetitum loquuntur. Etiamſq; hi qui ſūt in cu-
ria regis confidentes de ſuo amore et miſeratione non dubitant loqui ſecūdū ꝓpriam
volūtatē. ⁊ atteſtari falſitatē cū ꝟbis veritat; ⁊ mēdacij credētes cū nō reuocare ſua ꝟba.
Et hic eſt locus reprehenſionis. ſi fieret eis parabola. forte proficerent. Dixit mater leo
nis. Reſpice hunc crudelem proditorem qui adhuc claudit oculos hominū ſua falſita
te. vt diſrumpat eorum conſilium. et ſe faciat innocentem. Dixit dimna. Quādoq; ſunt
illi qui faciunt hoc qd̄ dixiſti. Ille ſcz penes quem deponitur ſecretum. nec ipſum con-
ſeruat. Et qui induit veſtem mulieris. Et mulier que induit veſtem viri. Et peregrinus
qui ſe facit patrem familias. qui ⁊ loquit̄ inter populum et regem in his de quibus non
eſt interrogatus. Dixit ei mater leonis. Recognoſcas maliciam operationum tuarum.
et timeas de his. ⁊ recognoſce peccatum verborum tuorum. et diſcerne illa. An neſcis:
quia non euades: q non fiat de te vindicta maxima. Dixit D. Qui cōmittit peccatum.
nec diligit hominem bonum: non prolongat a ſe peccatum. q̄uis illud poſſit remoue-
re. Dixit mater leonis. proditor et aduerſarie. quoniam preſumis tua audacia talia lo-
qui coram rege. cum ego miror te permiſiſſe viuum vſq; hodie. Cui reſpondit Dimna.
Ille quem dicis eſt vir quem decet bonum conſilium. vt eius tradatur inimicus in ma
nu ſua. Cuius inimicus non ſum. Spero in regem q non interficiet in mea innocen-
tia nec faciet iuxta conſilium mulieris inimice. Et ait mater leonis. falſe et mendax ſpe-
ras ne de tanto ſcelere euadere quod cōmiſiſti. ⁊ mēdacijs que retuliſti. Reſpōdit Dim
na. Qui profert quod non eſt. pati debet quod dixiſti. Ego tamen locutus ſum veri-
tatem. confirmaui illam. et annūciaui eam regi. et obſeruaui fedus. Nec vnq̄ cogi-
tauit cor meum facere iniquitatem. et loqui mendacium. Et ſpero quidem. quoniã ad-
huc reuelabitur mea fidelitas. et teſtabitur in me iuſticia mea. in ſimplicitate cordis et
innocētia manuum. Et factū eſt: cum vidiſſet mater leonis ipſum leonem nihil reſpon-
dentem verbis Dimne: eſtimauit in animo ſuo. dicens. forſitan falſū eſt totū quod pre
ſumitur contra ipſum. Et forte innocens eſt ab his omnibus que ſibi opponuntur.
Nam qui recitat verba ſua coram rege. et mundificat ſe ab his que opponuntur ſibi.
nec aliquis reſpondet in contrarium. videtur dicere veritatem de his que dicit. quoniā
ſilere aliquem in ſui cauſa eſt confiteri veritatem. Nam dicunt ſapientes. Qui tacet: af
firmat. Et exurgens diſceſſit a facie eius cum iracundia.

¶ Mandauit itaq; leo in collo cathenas apponi ipſi Dimne: magna cum ferocitate.
facieq; proterua. viſu ac horribibili. ⁊ ipſum in carcerem duci fortiſſimum. ſumma ac di
ligentia et pena de ſui cauſa inquiri. Quibꝰ factis. et de ſuis cautis actibus ve perceptis:
debent ad ipſum per fideles ſuos familiares referri regem. Et vti ipſe rex iuſſit ſuis fa-
miliaribus. ipſorum domino obedire recuſabant minime. Eumq; violenti manu appre
henſum omni cum auſteritate Dimnam duxerunt ad carcerem. qui non modicum (vti
bene fidei ſit tribuendum) doluit.

# Capitulum Tercium



¶ Poſtea locuta eſt mater leonis filio ſuo dicens. Relata iam ſunt mihi de iſto iniquo
ſeductore mala. que nunq̃ de aliquo audita ſunt. ſicut illa. Et iam concordauerūt vni-
uerſe lingue ſuper hoc. Ipſe aūt intēdit oīa permutare. nec latet factū ſuum aliquem vi-
rum intelligentē. et preter hoc relatū eſt mihi ⁊ animo meo repoſitū per quendā. qui au-
diuit iniquitatem et ſuam ſeductionem. et ſi dederis ei fauorem: ſuperabit te argumētis
falſitatis. Ille autem qui mihi retulit: eſt vir iuſtus et legalis. Nunc autem cōſulo tibi
ne reſpicias verba eius. et prolonga ip̄m abs te. et redde populum tuum pacificū ab eo:
Et reſpondens leo matri ſue. Fili: quoniam ego curabo factum ſuum. ⁊ eius cauſam
examinabo. quoniam ipſe ſapiens et intelligens eſt. Ego autem inueſtigabo frequen-
ter et reſpiciam factum ſuum. et non ero in eo negligens. nec agam malum contra ani-
mam meam adimplebo deſiderium eius. qui factum ſuum ignorat vtrum verum ſit ſi-
ue falſum. Et propter hoc indica mihi. quis eſt iſte vir legalis quem dicis. et reuela no-
men ſuum. qm̄ homines inuident ſibi ad inuicem. Et alter deſiderat locum alterius.
Dixit ei mater. ſcio ꝙ vir legalis ⁊ perfectus qui mihi nunciauit hoc ſecretum eſt ſocius
⁊ fidelis ſecretarius tuus leopardus. Dixit leo. Sufficit tibi. videbis amodo. quid fa-
ciam ei. Aut qualis erit proceſſus meus contra ipſum. vade in viam tuam.

¶ Et factū eſt cum annuuciatum fuiſſet K. quoniam Dimna detineretur in carcere. mi-
ſertus eſt ei pre nimia dilectione ⁊ aſſidua ſocietatꝫ fraternitate. que erat inter eos. Et ex-
urgens kelila: iuit ad eum clam ad carcerem media nocte. et cum videret ipſum detentū
cathenis ferreis: cepit plorare fortiter. et ait K. dimne. Iam commiſiſti facta: de quibus
nolo te amplius reprehendere. nec tibi loqui de his. que tibi diſplicēt. Nunquid recor-
daris modo eius qđ dicebam. et conſulebam tibi. et ducebam te per viam rectitudinis
nec meo conſilio acquieſcere voluiſti nec mea verba reſpicere. hoc totū per altitudinem
tue mētis apud tuum conſiliū et intellectum habes. Iam quidā dicūt ꝙ homo falſus
moritur ante tempus. Non ꝙ eius vita decidatur. ſed qꝛ mortuus eſt in vita exiſtens. ſi



cut tu modo detentus in hac tribulatione:qua mors melior eſt. Ue igitur tuo intelle-
ctui ꝛ ſapientie. qui declinauerunt te. Jam enim perueniſti vſq₃ ad ianuam mortis. De
te quidem dicitur. Qui capit ſapientes impioꝝ ſapientia et conſilium ſtultorum expe-
ditur. Reſpondit D. ei dicens. Scio inq̃ frater. ꝙ a tempore quo me cognouiſti:non
ceſſaſti mihi bonum exhibere conſilium et loquebaris mihi de veritate. ꝛ me monebas
ſuper ipſam et viam rectitudinis indicabas. Ego tamē non acceptaui dicta tua. et con
cupiſcentia et vicijs que me ſuperabant. vt magnas acquirerem dignitates. et ambula
rem in magnis ꝛ mirabilibus ſuper me propter aduerſitates et tribulationes que ſcrip
te fuerūt ſuper meo capite. Et ſcio quoniam hoc non fuiſſet mihi. ſuffeciſſent correctio
nes tue. vt mea via per illas fuiſſet rectificata. ꝛ non laudarē finē meum pro tuo conſilio
Uerūtamen quicūq₃ vulneratus eſt a deo vulnere cōcupiſcentie. ſocioꝝ correctōes nō
recipit. Et erit finis operū ſuoꝝ penitere earū que commiſit. Et iā mihi temp9 ꝛ hora de
quibus timui Attamen quid poſſū facere de cōcupiſcentia anime mee et eius ſuperbia:
que interrupūt conſilia recti viri. et ſapiam ſapientis. Quemadmodū infirmus qui ſci
ens infirmitatem ſuam accidiſſe ſibi pre nimio appetitu eius ad mala cibaria. et ea ac-
cidiſſe in ſuum languorem. ac ipe pro tanto non deſinit illis vti. donec eius egritudo ag
grauetur et moriatur. Ego aūt non tantū contriſtor de me: quantū de te. quoniā timeo.
ne qñ capiaris propter mei cauſam ex noticia que erat inter nos. et duceris ad tormen-
ta et afflictiones. cogeris illis meū reuelare ſecretum. Et interficient me credentes in te.
Nec poſt mortem liberaberis de manibus curie.

Ait k. Jam cogitaui ſuper hec. ne quis mutat ſuum factū in vita ſua. Sed
aliquando accidit homini quando ducitur in temptationē ꝛ aduerſitates con-
fiteri peccatum quod commiſit ꝛ quod non commiſit ex ſui affectione et vt alle
uietur ſibi onus tormentoꝝ. Ecce ego volo recedere in viam meam anteq̃ nobis poſ-
ſit aliquis de viris exercitus ſuperuenire ꝛ videre me tecū. Sed conſulo tibi: vt tu reci

# Capitulum Tercium

pias conſilium meum. vt confitearis peccatum tuum. et delictū agnoſcas. Quoniam tu omnino mortuus es. Expedit nam te affligi in hoc mūdo magis ꝙ̄ ad futurꝫ ſeculū cum eternis afflictionibus accedere. Dixit ei dimna. Juſtus es. et mihi conſuluiſti vtile conſilium. Uerūtamē videbo verba leonis et reſpiciam. quid mandabit in me fieri.



¶ Rediit quoqꝫ kelila ad domū ſuam triſtis ⁊ dolens. ne forte caperet peccato dimne. Et cōgregate ſunt aduerſus eum tribulationes et ſuſpiria. donec nocte illa mortuus eſt.

ERat autem prope carcerem lupus detentus. qui excitatus ad verbum vtriuſqꝫ. audiuit ea que dixerunt. et quid reſpondit alter alteri. ⁊ conſeruauit ea in corde ſuo. Diluculo vero ſurrexit mater leonis. Et accedēs ad filium ſuum: ait ei. Recordare verbi quod mihi promiſiſti ſuper cauſam huius crudelis ſeductoris. Et quid egit contra tuam familiā. Nec ſcio in mūdo maius meritū ꝙ̄ meritū illius. qui mūdum ab hoc maligno pacificum redderet. Quoniam dictū eſt. Quicunqꝫ conſentit malignis in ſuis operibus. ipſe eſt particeps eis. Tunc mandauit leo leopardo et iudici ⁊ toti exercitui. vt ſederēt in ordine iudicii. et vocaretur dimna ante eos. et examinarēt ipſum. vt ſcirent verba eius. et referrent regi. quicꝗ̄ contra ipſum reſponderet ad verba eorū. nec fallerent quicꝗ̄ de his. que ſuper eius cauſa diceretur. et examinarent eius argumenta et ſuorum verborum oppoſita vt iudicarent iuxta illa nec cognoſcerent faciem in iudicio. ſed omnia ferrent ſecundum equitatem et rectitudinem.

¶ Et euntes leopardus et iudex aliiqꝫ exercitus. Et ſederunt in ordine iudicii. Et vocatus Dimna. venit e⁊ aſtitit ligatus cathenis firmiſſimis in ſuo collo tremens valde. ¶ Et inquit leopardus. Uos viri de curia domini noſtri. Audite. quoniam a die qua rex ſeneſbam interfecit. extitit triſtis et dolens. quoniā abſqꝫ culpa interfecit ipſum. ⁊ ſine vllo delicto. quod ipſe cōmiſiſſet. ſed argumentis et ſeductionibus inuidiaqꝫ qua in

# Capitulum Tercium



uidebat ei dimna: contra eius dignitatem. Nunc autem quicunqꝫ veſtrum penes ſe aliquod haberet teſtimonium. aut nouerit aliquid ſuper hoc. referat nobis illud. vt et nos omnia regi referamus. quoniam non eſt ſui propoſiti interficere quemqꝫ: niſi poſt acquiſitionem diligentem et ſufficientem examinationem. Non enim vult ipſe iudicare ſecundum propriam voluntatem. nec faciem cognoſcere in ſuo iudicio. Et ait iudex. Reſpicite et attendite bene omnia: que legalis leopardus locutus eſt. nec aliquis veſtrum occultare debet quod nouit de iſta materia. ſiue cauſa. ⁊ hoc propter multas cauſas. Prima quidem eſt: quia nullus veſtrum dedignari debet ſententiam que lata fuerit. ſiue bona. ſiue mala. Nec velitis aliquid mutilare de eo quod ſcitis. Nam modicum veritatis maximum eſt. et precipue apud deum. vt rex non interficiat innocentem et abſqꝫ culpa verbis ſeductoꝛis et mendacis. Secunda cauſa eſt. quia quando punitur peccatoꝛ iuxta peccatum ſuum: reliqui audientes: timebunt et cauebunt ſibi. ne in ſimili incidant peccato. et hoc redundat in bonum regis exercitus et populi. Tercia cauſa eſt. quia quando perditur malus et ſeductoꝛ exercens mendacia et dolum: eſt maxima tranquillitas regi: et exercitui ſuo. Nam ſua conuerſatio cum eis in maximā et grauem turbationem redundat. Nunc igitur dicat vnuſquiſqꝫ veſtrum quod nouit. neqꝫ celet veritatem. et confirmet falſitatem. Cumqꝫ audiſſent viri exercitus verba hec: reſpiciebant vnuſquiſqꝫ ad inuicem et tacebant. Dixit dimna. Quare tacetis? dicat vnuſquiſqꝫ veſtrum quod nouit. quoniam non credatis mihi diſplicere. ſi omnia que ſcitis dixeritis. Nam ſi ego deliquiſſem gauderem vtiqꝫ pro veſtro ſilētio: Uerum tamen ſcio me eſſe innocentem. Et ideo in eo quod ſcitis loquamini. Scitote tamen cum veritate. quia ad omnia eſt reſponſum. Et ideo cauete: ne aliquod quod neſcitis: proferatis. Nam ei qui putat vidiſſe quod non vidit: et audiuiſſe quod non audiuit: di

# Capitulum Tercium

gnum eſt accidere ſibi quod accidit cuidam ſtulto medico. Reſponderunt iudex et leopardus. Quomodo contigit illi? Inquit Dimna

¶ Parabola



¶ Dicitur fuiſſe in quadam terra prouincie indie peritus medicus: et valde dilectus apud omnes homines. Conceſſit enim ſibi deus gratiam. vt vniuerſi infirmi exiſtentes: ſuo conſilio ab eorum languoribus ſanarentur. Cum autem is mortuus eſſet: reſpiciebant ſucceſſores ſui in ſuis libris. et ſtudebant in illis. vt ex eis caperent bonum medicinarum documentum perfectamqꝫ ſcientiam. Quadam vero die: venit ad terram illam quidam qui dicebat ſe eſſe medicum magnum et expertum. tamen in pauciſſimis erat perſcrutatus. Habebat autem rex illius regni quandam filiam: quam diligebat valde. et pluſqꝫ omnes de ſua domo. Que cum eſſet grauida ⁊ tempus ſui partus adueniret grauis. et ſuperuenit ei infirmitas ſanguinis fluxus. Et cum rex hoc videret: mandauit feſtinanter pro quodam ſuo noto medico. qui erat in alia ciuitate. vt veniret in ſuccurſum ſue filie. Tuncqꝫ ad ipſum veniret nuncius inuenit eum cecum. Qui cum ad regem ire non poſſet. ſcripſit ei ꝙ daret in potu filie regis talem medicinam. Et audiens hec rex: queſiuit habere medicum qui ſciret conficere et adminiſtrare hanc medicinam ſue filie dilecte. et miſit pro q̄pluribus ſed neminem illud attēptare volentem inuenit. Et tandem cum fama diuulgaretur: peruenit ad eum iſte antedictus medicus qui dicebat ſe eſſe peritum et doctum medicum. et promiſit regi: quoniā ſciret huiuſmodi medicinas abſqꝫ iſtius magiſtri ſiue medici preſcripti conſilio. eaſqꝫ conficere bene ⁊ preparare et dixit regi: ne haberet dubium de ſua filia. ſiue de eius infirmitate. cum ipſe eam bene ab eadē ſanaret infirmitate. Et ſtatim mādauit famulo ſuo. vt apportaret ſibi vaſa in quibꝰ erant medicine illius periti medici et magni doctoris. ꝗ breuiter mortuus

# Capitulum Tercium



uidebat ei dimna: contra eius dignitatem. Nunc autem quicunqꝫ veſtrum penes ſe aliquod haberet teſtimonium. aut nouerit aliquid ſuper hoc. referat nobis illud. vt et nos omnia regi referamus. quoniam non eſt ſui propoſiti interficere quemqꝫ: niſi poſt acquiſitionem diligentem et ſufficientem examinationem. Non enim vult ipſe iudicare ſecundum propriam voluntatem. nec faciem cognoſcere in ſuo iudicio. Et ait iudex. Reſpicite et attendite bene omnia: que legalis leopardus locutus eſt. nec aliquis veſtrum occultare debet quod nouit de iſta materia. ſiue cauſa. ⁊ hoc propter multas cauſas. Prima quidem eſt: quia nullus veſtrum dedignari debet ſententiam que lata fuerit. ſiue bona. ſiue mala. Nec velitis aliquid mutilare de eo quod ſcitis. Nam modicum veritatis maximum eſt. et precipue apud deum. vt rex non interficiat innocentem et abſqꝫ culpa verbis ſeductoris et mendacis. Secunda cauſa eſt. quia quando punitur peccator iuxta peccatum ſuum: reliqui audientes: timebunt et cauebunt ſibi. ne in ſimili incidant peccato. et hoc redundat in bonum regis exercitus et populi. Tercia cauſa eſt. quia quando perditur malus et ſeductor exercens mendacia et dolum: eſt maxima tranquillitas regi: et exercitui ſuo. Nam ſua conuerſatio cum eis in maximā et grauem turbationem redundat. Nunc igitur dicat vnuſquiſqꝫ veſtrum quod nouit. neqꝫ celet veritatem. et confirmet falſitatem. Cunqꝫ audiſſent viri exercitus verba hec: reſpiciebant vnuſquiſqꝫ ad inuicem et tacebant. Dixit dimna. Quare tacetis? dicat vnuſquiſqꝫ veſtrum quod nouit. quoniam non credatis mihi diſplicere. ſi omnia que ſcitis dixeritis. Nam ſi ego deliquiſſem gauderem vtiqꝫ pro veſtro ſilētio: Uerum tamen ſcio me eſſe innocentem. Et ideo in eo quod ſcitis loquamini. Scitote tamen cum veritate. quia ad omnia eſt reſponſum. Et ideo cauete: ne aliquod quod neſcitis: proferatis. Nam ei qui putat vidiſſe quod non vidit: et audiuiſſe quod non audiuit: di

gnum eſt accidere ſibi quod accidit cuidam ſtulto medico. Reſponderunt iudex et leopardus. Quomodo contigit illi: Inquit Dimna

¶ Parabola



¶ Dicitur fuiſſe in quadam terra prouincie indie peritus medicus: et valde dilectus apud omnes homines. Conceſſit enim ſibi deus gratiam. vt vniuerſi infirmi exiſtentes: ſuo conſilio ab eorum languoribus ſanarentur. Cum autem is mortuus eſſet: reſpiciebant ſucceſſores ſui in ſuis libris. et ſtudebant in illis. vt ex eis caperent bonum medicinarum documentum perfectamq̧ ſcientiam. Quadam vero die: venit ad terram illam quidam qui dicebat ſe eſſe medicum magnum et expertum. tamen in pauciſſimis erat perſcrutatus. Habebat autem rex illius regni quandam filiam: quam diligebat valde. et pluſq̧ omnes de ſua domo. Que cum eſſet grauida ⁊ tempus ſui partus adueniret grauis. et superuenit ei infirmitas ſanguiniſfluxus. Et cum rex hoc videret: mandauit feſtinanter pro quodam ſuo noto medico. qui erat in alia ciuitate. vt veniret in ſuccurſum ſue filie. Tuncq̧ ad ipſum veniret nuncius inuenit eum cecum. Qui cum ad regem ire non poſſet. ſcripſit ei ꝙ daret in potu filie regis talem medicinam. Et audiens hec rex: queſiuit habere medicum qui ſciret conficere et adminiſtrare hanc medicinam ſue filie dilecte. et miſit pro q̄pluribus ſed neminem illud attẽptare volentem inuenit. Et tandem cum fama diuulgaretur: peruenit ad eum iſte antedictus medicus qui dicebat ſe eſſe peritum et doctum medicum. et promiſit regi: quoniã ſciret huiuſmodi medicinas abſq̧ iſtius magiſtri ſiue medici preſcripti conſilio. eaſq̧ conficere bene ⁊ preparare et dixit regi: ne haberet dubium de ſua filia. ſiue de eius infirmitate. cum ipſe eam bene ab eadẽ ſanaret infirmitate. Et ſtatim mãdauit famulo ſuo. vt apportaret ſibi vaſa in quibꝰ erant medicine illius periti medici et magni doctoris. q̄ breuiter mortuus

erat. ex quibus appoſitis ante ipſum: accepit ex inde vaſculum in quo erat toxicum. et ignorans quid eſſet ibi. accepit de eo. et miſcuit cum alijs medicinis. et tradidit regi dicens. Ecce medicina filie tue. Uidens autem rex promptitudinem eius in preparatione medicine. eſtimauit illum eſſe peritum medicum in omnibus rebꝫ. et honorauit ipm dans ei bonam remuneratio nem in pecunia et veſtimentis. Et accepta medicina exhibita fuit filie regis. Poſtmodum vero: cum inciſa ſunt viſcera eius et mortua eſt. Et videns hoc rex: mandauit capi illum. et exhiberi ei de eadem medicina. Et factum eſt ei ſicut rex mandauit et mortuus eſt etiam cum ipſa. Sic illa imperitia cecidit ſuper imperitum.

Hanc parabolam dixi: vt non loquamini de eo quod neſcitis: querentes per hoc alijs cōplacere. Nam oīs homo a ſuo corde decipit̄. quando nouit modicū de ſciencia. Ego autem innocens ſum ab his que mihi opponuntur. ⁊ ſū inter manus veſtras. Timete tamen deum toto poſſe veſtro. Et hec audiēs princeps cocorum de ſua confidens dignitate et de rege ait. Audite hunc omnes de exercitu. et in his que vobis dico cogitate. Sapientes eñ nihil obmiſerunt de ſignis malignoꝝ ⁊ bonorum virorum. ſed ea clare determinauerūt. Signa vero impietatis ⁊ crudelitatis potiſſime manifeſtant̄ in hoc peccatore maligno. Et iā ſup eū eſt mala fama diuulgata. Dixit iudex principi cocorum. Iam audiuimus hec. tamen pauci ſunt qui intelligūt illud. Sꝫ quid eſt hoc quod vidiſtis in hoc homine? Et reſpondens princeps cocorū ait aduerſus dimnam coram populo. In libris ſcribitur ſapientū. quoniam quicūqꝫ ſiniſtrum oculum minorem habet altero. et continuo cōmouetur. et habet ſuum naſum declinantem ad partem ſue dextre maxille. et inter ſupercilia eius eſt magnum ſpaciū. et pili ſuperciliorum ſuorum creſcunt curnati. et ambulat inclinato capite. Et poſt ſe reſpiciens continue. et eius caro quotidie eleuatur. eſt vir doloſus et fraudulentus proditor. que omnia reperiuntur in hoc ſeductore. Et ait ei Dimna. Res ſignificant ſe inuicem. Iudicium autem dei ſuper eius creaturis Uerum eſt: in quo nulla eſt falſitas. ⁊ iuſtum eſt quo nulla eſt prauitas. Nos autem omnes qui ſub celo ſumus conſtituti. in dei voluntate exiſtimus. Uos vero viri ſapientie et doctrine audiſtis que iſte dixit. audite quoniam poſſet eſtimari ꝙ non eſſet aliquis ſciens res nec habens ſcientiam niſi ipe. Quod ſi eſſet bonum vel malum quod ab homine fit: a ſignis fieret: que ſunt in corpore ſuo. Uere: iam manifeſtum eſſet: ꝙ nulla ſpes eſſet viri iuſti colentis deum. nec mereretur ſua iuſticia et dei timore. Nec eſſet puniendus peccator de peccato ſuo. cum bonum vel malū non eſſet in poteſtate hominis. Sed ſigna que in ſuo ſunt corpore ipſa benificāt et malignant. Et qui facit iniq̄tatem et peccatū. non poſſet hoc euitare. et omnino eſſet coactus illud facere. Et faciens rectitudinem et iuſticiam: non poſſet illud facere. nec aliquis bonum agere. et vitare malum. Et ego iam multum laboraſſem auferre malos mores conſequentes in his ſignis. et non potuiſſem. cum non eſſet poteſtas huius in me. ſed in eo qui me creauit. Si eſſent in me mali mores. ſed abſit. quod in me ſint. Nā ſi eſſet in hominis poteſtate arbitrium: vtiqꝫ bona ſigna in ſuis corporibus diſpenſaſſet. Ego autem ſum innocens ab his que mihi opponuntur. nec me geſſi: niſi per ſemitā veritatis. Sed iam patuit omnibus audientibus ſtulticia tua. Et quia neſcis res: nec cognoſcis eas. nec es maior intelligēs ꝙ̄ ceteri. qui ſunt in hoc collegio. Et nullus fuit qui aperit os ſuū in ſtulticiam niſi tu. et errasti in tuis verbis. Et propter hoc es: ſicut ille medicus predictus. Et iam dicitur quidam dixiſſe ſue vxori. honora me tuo poſſe. et attende mihi. et non alijs. et relinque maculā aliarum mulierum. Et reſpice maculam tuam. et tuum cela obprobrium. quod noſcis. et tu es ſicut ipſa. Dixit princeps cocorū Quomodo fuit hoc? Et reſpondit Dimna. dicens ei:

¶ Parabola

# Capitulum Tercium



¶ Dicitur ſuperueniſſe cuidam ciuitati nomine Merua inimicos. qui cū cepiſſent eorum mulieres. et interfeciſſent viros. Diuiſerunt inter ſe mulieres. Et aduenit ſorte cuidam eorum bubulcus. duas habens vxores. Et cū patronus eoꝝ affligeret ⁊ extenuaret eas fame: Surrexit quadam die ille cum duabus vxoribus ſuis ad colligendum ligna. Et inueniens altera ipſarū pecias panni accepit illas. qꝛ nuda erat. Et cooperuit cum eis ſuam turpitudinem. Dixit altera viro ſuo. Nunquid vides meretricem nudā: cū qua ſe cooperuit. Cui reſpondit vir. Ve tibi: dimittens perſonam tuam nudam ⁊ vituperas illam. que ſuam cooperit turpitudinem. nec reſpicis maculam tui ipſius. videlicet trabem in oculo tuo. in alterius autem oculo vides feſtucam.

¶ Viror quippe valde tui reſpondit dimna coco. vnde cor tuum temptauit te loqui: et quo ſentis in perſona tua ea que nouiſti de egritudine tui corporis. Et quia es mali coloris. et tuū corpus fetidū eſt. quia in te eſt pollutio corporis. ⁊ malicia operū. et quid temptat cor tuum eſſe in familia regis. mundi enim corpore ⁊ puri ab inquinationibus et maculis pertractare eius cibaria debent et parare ea. Et iam quidem noui maculas tuas celabam et occultabam ego et plures exercitus regis. Celaui autem eas vſqꝫ nūc nec eas reuelaui. conſiderans in corde meo. Si honorat eum dominus meus rex. nō nocet mihi. Sꝫ ſi faceret ei malū. non mihi prodeſſet. vñ apud me debebā illas reſeruare. Sed poſtq̄ꝫ patuit mihi de te odiū. et locutꝰ es mendaciū cū doloſitate tui cordis de his que ignoras. Dico tibi qm̄ non es dignus ſeruire regi in aliquo negocioꝝ ſuorum Etiam eſſe in curia ſua maxime cibum regis exercere. Reſpondit princeps cocorum: ⁊ dixit dimne. mihi dicis hec que audio: Cui reſpondit Dimna.

¶ Ita dico tibi qm̄ mala multa ſunt in te cōgregata. tu enim es claudus. ⁊ herenioſus. et crepatus. ⁊ ſcabioſus teſticulis. et ſcalpis te quotidie manibus. et caput tuū plenum eſt puſtulis. nec de cetero debes accedere ad officium regis

# ¶ Capitulum Tercium



¶ Cūqꝫ audiſſet princeps cocoꝝ ea q̄ dixerat cōtra ipſū D. ꝑmutata eſt eiꝰ facies. ⁊ ligua infiſcata palatu ſuo. cepit flere. qꝛ obloq̄batur de eo D. ⁊ ipm corā populo diffamauerat Et vidēs D. qūo fleret: dixit ei. Dignū eſt te flere et contriſtari die ac nocte, quoniam ſi ſciret rex ea que in te ſunt: elongaret te vſqꝫ ad extremitates mundi.



# Capitulum Tercium

¶ Et audiens hec omnia notarius curie de quo leo confidebat. notauit omnia. quibꝫ relatis ad leonem. mandauit amoueri principem cocorum de ſuo officio. ⁊ ipſum de curia ſua expelli. Et ſcriptis omnibus que dixit D. et ſigillo in illis appoſito. remiſſus eſt ad carcerem. Et receſſerunt omnes de exercitu in viam ſuam in die illa.



Erat aũt in familia regis quidā noīe reſba. ꝙ fuerat amicus kelile obtinēs a rege locũ et ſtatũ. hic acceſſit ad dimnā ad carcerē. annũciauit ei ꝙ mortuus erat kelila. qui cum audiret: doluit multum. ⁊ duplicata eſt in eo triſticia eo ꝙ inter eos fuerat ſocietas et fraternitas. ⁊ fleuit amare dicens. Ue vite mee. quoniam deciſus ſum a meo fratre. et ab omni ſolacio et mei cordis fiducia. Iam quidem iuſte dixit qui dixit. Quoniam: quicunqꝫ fuerit percuſſus in vno: congregatur ad eum ex omni latere perſecutiones et tribulationes atqꝫ ſuſpiria. ſicut nunc mihi cui ſunt tot tribulationes congregate. tribulatio / ſcilicet carceris. Et qꝛ totus populus inſurgit aduerſum me ad condemnandum me. Et quia ſum deciſus a viris conſilij. et meis fratribus et conſanguineis. Nunc tñ laudo deũ qui recolligens ad ſe fratrē meũ k. Reliquit mihi de viris ſocietatis et dilectionis mee fratrem ſicut te. in quo recuperabo ruinam mei fratis K. Et confido iam in miſericordia dei: quam faciet mihi ſemper. Et in eo quod vidi de te quia poſuiſti curam ⁊ ſollicitudinem circa meũ negocium. Et ex miſeratione quam video te habere erga me. Et ſcio quoniam tu declinaſti ad me cum dilectione et fraternitate. ſicut frater meus kelila. et magis. Et quia tractans meum negocium. ſicut tractarat frater fidelis. et prius quidem congregauimus aliquid de pecunia. vt eſſet nobis in ſuſtentamentum vite. quod abſcondimus in quodam loco. Unde ſi videtur tibi apportare huc rogo vt facias. Feſtinauit autem Reſba quoniam dixerat ei Dimna. et extractis omnibus que ibi erant: detulit ante Dinnam. Et accipiēs Dimna ſortem fratris eius kelile. dedit illam reſbe. Et ait ei. Confirma cor tuum erga me in bonum. et reuoca

# Capitulum Tercium

cogitationes tuas in me. et pertracta meum negocium. et indica mihi verba leonis. q̄ verba mea que locutus ſum ei referuntur. et attende verbis matris leonis. et habe curam de his que tibi dico. et de his que non dixi. Et qđ dicit̄ de me in domo regis ꝙ poteris bene intrare et exire ſicut volueris. Poſtea vero annuncia mihi om̄ia. Volo aūt ꝙ ſcias q̄m iſtud modicū quod tibi dedi. non ꝙ intendebā per hoc vt propter illud debeas me iuuare et eruere de periculo in quo ſum propter malum quod fecerim. Verūtamen tibi dedi illud et amore. qui olim fuit inter te et Kelilam fratrem meum. ꝛ quia de tuo confido conſilio et veritate tua ac de tua conſtantia. Nec aliquem vidi eorū quos reliquit Kelila. magis dignum ad poſſidendum illud q̄ te. Et propterea volo vt habeas illud. Et accipiens reſba qđ declarat ſibi D. iurauit ſibi ſignificare om̄ia que audiret a leone in cauſa ſua. Et remiſit pecuniam ad domum ſuam.



Poſt hoc vero ſurgēs diluculo reſba iuit ad domum leonis. inuenitq̄ iudicem et leopardum qui apportauerunt quaternos ante ipſum. Et cum lecti fuiſſet ante leonem mandauit notario reſcribere. ꝛ tradere eos leopardo. Et madauit iudex dimnam duci et conſtitui ante curiam. Et ſibi referri omnia que ipſe diceret et que apponerent̄ ei. Et cū exiſſent inde iudex ꝛ leopardus de palacio regis. ſuperuenit mr̄ leonis et mandauit leo. vt legerent̄ matri ſue omnia acta cauſe dimne. ꝛ audiēs illa oīa hec verba cepit loqui contra filium ſuum dicens. Ne diſpliceat tibi. ſi forſitan ad te aſpere loquar. quoniam video te non diſcernentem quid tibi bonum eſt aut malum. Nōne monui te. vt non deciperetur cor tuum in his que audis ab iſto inimico mendaci ꝛ deceptore. Conſulo autem tibi. vt reddas tuum populum ab eo tranquillum. Nam ſi vixerit diſſipabit tibi tuum exercitum. Et exurgens mater leonis receſſit a facie ſua iracunda. Audiens itaq̄ reſba verbum matris leonis exiuit de pallacio. et venit ad carcerem ad D. Et annunciauit ei omnia que mater leonis locuta eſt aduerſus ipſum: quādo mandauit leo acta Dimne legi coram ipſa. adhuc eo loquente ecce nuncius iudicis venit ad Dimnam. qui ductus conſtitutus eſt coram exercitu. Cunq̄ vero congregatus eſt po

pulus et exercitus. et dimna ſtaret coram eis. Dixit princeps exercitus dimne. Jam patuit mihi factum tuum. et verificauit mihi illud qui fidelis eſt. Nec amplius oportet me inquirere ſuper eo. aut plus inueſtigare illud. quia ſcio quoniam verum eſt Et quia iam requiſiui et inueni veritatem. Et niſi quia mandauit rex hoc fieri. habens miſerationem ſui populi et exercitus. vtiqꝫ iam te iudicaſſemus iuxta opera tua. Jnquit ei dimna. Audio verba tua. verba eius in quo nulla eſt miſeratio et bonitas. nec reſpiciens factum defraudatum et oppreſſum. nec requirens veritatem. et inueſtigans rectitudinem. nec examinans iuſticiam. Sed duceris poſt tuum appetitum. et intendis interficere mecum non ſit tibi verificatum de verbis que opponuntur. Sed nunc conqueror de te. quia impius et prauus non vult illud quod viri iuſticie et rectitudinis volunt Et reſpondens iudex ait ei. Oportet illum qui ordinatus eſt ſuper populo. retribuere viro iuſto ſecundum iuſticiam ſuam. et recognoſcere illam ſibi. et honorare ipſum inde. Et opportet etiam illum qui ordinatus eſt affligere peccatorem propter peccatum ſuum et flagellare ipſum iuxta ſuum delictum. vt reliqui audientes. timeant. et addant viri iuſti et recti in eorum iuſticia et rectitudine. Tibi autem magis expedit puniri in hoc mundo magis q̃ ad futurum ſarcinatus peccatis accedere. Nunc ergo confitere peccatum tuum et annuncia delictum tuum. et da gloriam deo fili mi: quoniam hoc faciens. bonum finem exequeris. liberabitur enim anima tua ab afflictione futuri ſeculi. ⁊ inſurget tibi bona fama. et omnes bonum de te loquentur. et a multis liberaberis tribulationibus. Remoue ergo a te friuola verba tua. que tu aſſeris. et non ſis de illis qui falſa proponunt. et pone confeſſionem peccatorum tuorum et quietem anime tue in domo futuri ſeculi. Nam iuſte mori melius eſt. q̃ inique viuere. Reſpondens dimna iudici ait. Audi me domine mi. Vere locutus es. et omnia verba tua iuſta ſunt. Et ſermones tui. ſermones viri ſapientis. Verumtamen. quando proſperatur fortuna hominis non debet tunc vendere finem ſuum pro iſto ſeculo maledicto. et perdito. Nec ſibi debet acquirere modicum quietis. pro multa ceterorum afflictione. Et debet dicere veritatem. et ſuum peccatum confiteri. Et ſi ego eſſem maior malefactor q̃ omnes homines huius mundi. quando audiuiſſem hec verba. cor meum humiliari debuiſſem. Et oculus mei intellectus bonam viam a mala diſcernere. quoniam quando ipſum corrigitur non poteſt ſuam relinquere maliciam. Sed quando preparat ei deus correctionem ſapientem et intelligentem ſicut tibi. cor ſuum obdurare non valebit. Sed redditur humiliatum per verba correctionis. et recognoſcens ſuum peccatum illud cõfitetur. Ego autem nunc cupio deliquiſſe vt dicis. et peccatum meum confiteri. vt ab hac tribulatione requiem inuenirem. et exire feſtinarem de hoc ſeculo maledicto, ad domum deliciarum et iocunditatum. Et vere tibi nunc dicerem quoniam peccaui. et peccatum confiterer quod non commiſi. audiens dulcedinem verborum tuorum cum conſilij rectitudine. et placeret mihi mori innocens. vt duplicaretur bonum meum in futuro ſeculo. Sed recordatus ſum quod dicunt ſapientes. Qui ſeipſum interimit. non habet partẽ in hoc ſeculo. nec in futuro. Et ſcio quidem ꝙ dicerem me peccaſſe. et morerer pro tanto imputaretur mihi. ſicut meipſum interfeciſſem et quo confiterer peccatum qḋ non commiſerim. Sed ego ſum innocens et mundus ab his que mihi opponuntur. quoniam meipſum necabo. et meum iuuabo aduerſarium ſuper hec. cum locutus non fuerim mendaciũ. Nec illud cogitaui mihi. Et defraudatus ſum in mea cauſa. et propter hoc mihi diſplicuit confiteri quod non cõmiſi. Et eius eſſe particeps. qui querit me perdere. tu autem ſcis. quantũ eſt in hoc negocio peccati. Sed ſi volueritis me iniuſte perdere. deus mihi adiutor erit. Tamen dico vobis illud quod heri dixi. Habete deũ pre oculis veſtris. et recordamini creatoris veſtri domini iudicium. nec ſubmittens rem. cum poſſitis penitere. quando non proderit vobis. Et ſcitote quoniã ſententia aliqua non debet proferri ſiue exprimi de re dubia ſed vera. et nota. Et ego quidẽ cognoſco me

# ¶Capitulum Tercium

ipſum magis ꝙ̃ vos. vobis autem de me malum eſtimantibus eſt cauendum. ne accidat mihi quod accidit cuidam ſeruo referenti quod nõ vidit neqꝫ ſciuit. Dixit princeps iudex et exercitus. Quomodo contigit illi⁝ dic nobis. Inquit Dimna.



modo liberare poterit qui regem decipit. Et quõ illud latere poteſt cũ fraus familiariũ et ſociorum regum non lateat. Ait alius. Retulit mihi fidelis lator de vulpe quoddam magnũ quod credere non potui vſqꝫ nunc. audiens hec verba veſtra. Ait alius. Nõ latuit me eius fraus et malicia operationũ ſuarũ a die qua ipſum primo inſpexi ⁊ cognoui qđ et iam oñdit. qm̃ hic ſeductor q̃ oñdit ſe ſctm̃ et colentẽ deum: non viuit: niſi de primi malo et graui ſcelere queadmodum: ſui generis om̃s vulpes faciunt. Ait ali⁹. Non eſt hic rectus et miſericors qui dicebat nobis ꝙ grandis peſtis ⁊ magnũ periculum eſt homini exercenti officia regum: quõ ergo cõmiſit hanc fraudem. Vere ſup hoc eſt ammirandum. Alius ait. Si verũ hoc inueniat non debet ſibi attribui niſi fraudis peccatum. Verumtamen qui committit fraudem: iam negauit grãm ſibi latam. Ait ali⁹. Vos veri et veridici eſtis. nec poſſum verba veſtra denegare. Verũtñ ſi mãdaret rex negocium inquiri tunc manifeſtaretur eius veritas. vel falſitas. Ait alius. Si nondum miſſum eſt ad domũ ſuam vt exploretur: mittatur feſtinanter. Nam vbiqꝫ habet exploratores. Et timendum eſt nequando ſibi negocium manifeſtaretur: argumenta quereret quibus ſe excuſabit. Ait alius. Credo. Si quando queſitum fuiſſet in ſua domo et palam eſſet negocium ipſius de re iſtius: adhuc vtiqꝫ regem ſeduceret ſuis blandis ſermonibus et doloſis argumentationibꝫ: donec ſibi verum falſum redderet. et falſum verum Et non ceſſauerũt huiuſmodi verba coram rege ꝓponere: donec fidem adhibẽs in illis. ita ꝙ duceretur vulpes vicarius eius conſcito coram rege. Dixit rex. vbi eſt pecia carnium quam mandaui pro me ſeruari. Cui reſpondens dixit. Eam cuſtodi ciborum regis reſignaui vt ipſum prandio repreſentaret. Et voct⁹ cuſtos ciborum regis: ⁊ interrogatus de carnibus: cum ⁊ ipẽ eſſet de his qui cõſiliũ inierũt contra vulpem. et negauit dicens. Nihil mihi tradidit. Miſitqꝫ leo ad domum ſuam fidelem virum vt inquireret. ⁊ inuente ſunt carnes in domo vulpis. et eas regi preſentarunt. Erat autem vnus inter illos qui oblucuti fuerãt de vulpe ad regem quidã lupus. qui nil boni vel mali locutus erat regi ſuper hoc negocio. et eſtimabat vir iuſtus eſſe. et innocens. ita ꝙ eſſet illorum qui non loquebatur niſi verum. Et ait hic lupus. Poſtqꝫ patuit regi fraus: non decet parcere illi. Si pepercerit em̃ nullꝰ peccator a ſuo peccato cõuertetur. nec amplius manifeſtabitur regi alicuius delictum. ex quo non curat punire peccatores. Tunc leo mãdauit ipſum recludi in carcerem. et ita factum eſt.

¶ Et ait vn⁹ de familiaribꝫ. miror prudentie regꝭ. eiuſqꝫ intellect⁹ in ſingulis rebꝫ quõ latuit ipm̃ prauitas h⁹ ſeductoris. nec ſua opa pcepit. Ait ali⁹. Poti⁹ mirandũ eſt. q: non video ipm̃ curantẽ inq̃rere ſup ipõ. ex q̃ patuit ſibi de ipo. qđ latuit. Tũc miſit rex vnũ illoꝝ ad carcerẽ vt exterminaret ⁊ videret q̃lis eſſet ꝓceſſus ſ᷑ hoꝝ excuſatõis ei⁹. Et rediẽs nuncius ad regem p mutauit verba regi et dedit ei reſponſũ vt eius fallacia magis a rege conteſtaret. Et turbat⁹ ob hoc leo: mãdauit ipm̃ educi et interfici. Et cum ꝑueniſſet hoc ad aures matris leonis que inq̃ſiuit factũ. Et miſit ad eos qui ducebãt ipm̃ ad interficiendũ. ꝙ ſuper ſtarent ab hoc: donec cũ leone loqueret. At illi ei⁹ mãdatũ obſeruarũt. Et cum veniſſet mater leonis ad filiũ. dixit ei. Qua offenſa fili mandaſti interficere vulpem. Cui leo retulit factũ. Et ait ad eum mater Multũ feſtinaſti ob hoc ꝑdere ipm̃ an neſcis. qm̃ vir agẽs ſua facta feſtinãter: ꝑcipitabit ⁊ penitebit. Agit aũt vir prudens ſua facta ſuauiter. ⁊ nõ penitebit. ⁊ q̃ ꝓmptuoſus eſt in ſuis negocijs. ſcm̃ recolligit cõtriſtatõis cũ penituerit ſibi ꝓceſſus ꝓpter h̃ nõ eſt in mũdo cui adeo neceſſe ſit res inq̃rere ⁊ ſupſtare deliberationi mãdatoꝝ ſuoꝝ ſicut regi. Qm̃ mulier in ſuo viro ꝯfidit fili⁹ in pr̃e. diſcipul⁹ quoqꝫ in ſuo doctore. exercit⁹ vero in ſuo principe. Deum colens in obſeruatiõe mãdatoꝝ. popul⁹ aũt in regibꝫ. Reges quoqꝫ in timore dei ⁊ iuſticia ⁊ bonis operibꝫ. et in larga prouiſione. Caput vero ſapientie regũ eſt cognoſcere homies. ⁊ eos in ſuis dignis gradibus collocare. Et non omia verba recipere a quibuſdam. ⁊ pacem inter eos firmare. Semper etenim inuident pro dignitatibus. et alter querit alterum

# Capitulum tredecimum



Tu igitur non debes omnia credere nec decet te poſtq̃ quis placuerit tibi ipſũ in tuũ ſpecialem ſocium recipere. Et quia ordinaſti vulpem fidelẽ tue domus. a die qua cognouiſti ipſum vſq; hodie. et non percepiſti de eo niſi bonos mores et fidem et cordis ſimplicitatẽ. et nunc contra eũ indignaris. Qm̃ exiuit rumor ad aures oĩm tuorum principum. qui viderunt gl'am quam ei cõtuliſti. ⁊ nũc cõmotus es contra ipſum pro vno fruſto carniũ. ⁊ eff.ceris vilis et inconſtans in ſuis oculis. forſitan ſeduxerunt te maligni viri et te conuicerũt ſuorũ inuidia. Quia inuident ſibi ꝓpter gloriam quã ei dediſti ⁊ intendũt ex hoc ipm̃ ꝑdere. Rex ei qñ aliqđ ordinat ſuꝑ domũ ſuam et non inq̃rit ſuꝑ eo ſi in aliquo fuerit incuſatus penitebit et vltimo in ſuo corde tribulationẽ patiet̃. debet aũt inueſtigare veritatẽ. nec ea ſuorũ oculorũ iudicio ⁊ auriũ auditu relinquat q; magnũ malũ ex hoc ſibi ꝯtigit. Quã plura enĩ facta latitant donec examinata fuerint diligenter Queadmodũ vnũ qđ examinatũ eſt guſtu. non aũt vſu. Qñ ꝗ enĩ eſt eius color clarus vt gemma. tamen saporem habet peſſimũ. Et ſic habens crinẽ in oculo eſtimat fore integrum pilũ. Aut ſicut lucula vermis de nocte lucens videns eam eſtimat fore magnam: Sed manu apprehenſa ꝑua et quaſi nihil eſt et in ea nullum videt colorem. Tu vero fili meditari debes in verbo vulpis tuo intellectu. atq; ſapientia dicens. Quomõ feciſſet hoc. cum non comedat. et quia ipſum ſuper mea domo ordinaui. ipſo non aſpirãte. ſed inuito ipſum ad hoc promoui. et ordinaui ſuper meis theſauris et cibis ⁊ potibus quõ igitur temptaret cor ſuum fruari rem. quam ſibi propria manu aſſignaui. et ipſam mihi precepi reſeruari. ⁊ illam in ſua domo reponeret negãs in vltimis ipſam nullaten⁹ accepiſſe. Propter hoc fili examina bene verbũ ſuum ⁊ exquire diligẽter. Et ſcire debes ꝙ a die mundi creationis ſemꝑ ſtulti inuidẽt ſapientib⁹. Impij vero iuſtis. ⁊ nobilib⁹ ignobiles. et eos nituntur deſtruere. Et cõſidera a die qua hunc tuũ Baiulũ vidiſti. ſciuiſti ipm̃ iuſtũ et pium carentem omni fraude. Et ego ſcio ꝙ ſi rex inueſtigaret. qm̃ eius aduerſarij inierunt contra eum conſiliũ. et in domo carnes clauſa appoſuerunt. Niſu enim

fruſtum carnium inter eius pedes deferente. ſequūt̄ aues vt illud ſibi rapiāt ⁊ interficiant ipſum. Sicqꝫ hoīes nitunt̄ perdere nobilioꝛem ſe. Et ſcias ꝙ aduerſarij vulpis de tuo damno non curarunt. ſed ſibi tm̄modo qđ eſt vtile ꝓſpiciunt. Et propter hoc quere qđ tibi eſt vtile. ⁊ ne cures de dāno eiꝰ aduenientē. Decet enī vnū ſe cauere ab his duobꝫ ſcꝫ ſeparare ſe a viris ſapientie. ⁊ ſuū ſociū defraudare. Et duo bona ſeruare / ſcꝫ ſepare ſe a viris malignis. ⁊ fugere ſtultos ⁊ crudeles. Etiā quidē vulpes accuſatur apđ te qui tibi proximus ⁊ obediens fuit et fidelis tue domus diſpenſatoꝛ nec vnq̄ in aliquo te defraudauit. ſinglaſqꝫ in ſe ferens aduerſitates ꝓ tui bono. nec tibi ſuū ſecretū occultauit. Et quicunqꝫ talis eſt debet vnuſquiſqꝫ in ipo ꝯfidere. nec credere oīa que hoīes de eo obloquūtur. Et factū eſt dū loqueret̄ mater leonis hec verba ſuo filio. Acceſſit ad leonem muſtela vna illoꝝ ꝙ ſtulti erant aduerſus vulpem. ⁊ ibi totum huius rei veritatem expoſuit. Et audiens hoc mater leonis. Dixit ſuo filio. Poſtq̄ꝫ tibi notuit oꝑm vulpis rectitudo. ⁊ qꝛ viri tui exercitꝰ et inuidia voluerunt ipm diffamare. debes exterminare oēs illos qui ſup eo hanc infamiā appoſuerūt. Et eris innocens a peccato qđ tue aīe pauerūt. Et reliqui audiētes timebunt nec tibi vltra verbū iniquū ferre preſument. Ac nunq̄ꝫ contra te ⁊ fideles tuos ꝯſiliū intelligent. Nam herbe et fenū agri qn̄ iunguntur fit ex illis funis cū qua ligat̄ camelus. Nunc ergo reſtitue vulpē ad ſuum ſtatum. in q̄ priꝰ extiterat vt ſit tuus ſecretarius. ⁊ fidelis ſocius. vt fuit. Et ne dubites in animo tuo dicens. ex quo preūſpſi iam ei male facere factus eſt mihi aduerſarius. nec amplius de eo in ipſo ꝯfidere. Non enī malum qđlibet eſt timendum. ⁊ ne deſperet coꝛ tuū ipſum tibi poſſe fieri amicū. Porro ſapiens et prudens eſt. cognoſcens ſex ſua opera. ⁊ ponēs ſingula in ſuis locis. Quia ſicut amici poſſunt fieri inimici. ſic etiam inimici poſſunt fieri amici. cognita cauſa inimicitie inter eos. Sed tn̄ ſunt aliqui in quibus nullo modo eſt confidendum. Et ſunt hi qui denegant gratiam ſibi latā. Et proditoꝛ et rei furans bonū et crudelis et qui non credit ſtatum futuri ſeculi dicens non eſſe hoīem redditurum rationē de ſuis operibus. Et qui neſcit cōpeſcere ſuū furoꝛem. Et ꝙ non miſeretur cum iraſcitur. Et notus in prauitate fraude et deceptiōe. Et qui non abſtinet a cōcupiſcētia a ludo ⁊ a luxuria. Et ꝙ delectantur in vino. Et ꝙ de nemine bonū cogitat. Et ꝙ nō eſt verecundus ſed frontis ꝓterue. Debet aūt vnuſquiſqꝫ bono viro adherere. Et talis eſt fidelis tuus ſocius vulpis qui confitet̄ bonū. ⁊ nō fregit fedus. diligit iuſticiam et odit iniquitatem. ⁊ amat pacem ⁊ pietatem nec inimicatur coꝛde. ⁊ remittit offenſam ꝓximi et conſeruat dilectionem erga ſuos ꝓximos ⁊ extitit verecundus. Ait leo temptaui iam vulpem ⁊ in ipo bonos moꝛes inueni. et debeo ipm ad ſuū pꝛimūtū ſta reſtituere et meo ſecreto viuere. Poſt hec vero miſit leo pro vulpe. ⁊ cum eſſet ante eum. ꝯfeſſus eſt ei rex culpā ſui: referens ei omnia que ſibi fuerūt appoſita. ⁊ ait ad eum Ecce te nunc reſtituo ad pꝛimum ſtatum in quo extitic vſqꝫ nunc fidelis ꝑſtitiſti.

¶ Inquit vulpes leoni Credat dn̄s rex verbis meis ac opibus. nec timeat me foꝛe imemoꝛē. doli ab ipo iam mihi facti. vnde non decet regem cōfidere illi qui ab eo eſt offenſus. Sed cogitet ſemꝑ in coꝛde ſuo. foꝛſitan obſeruauit ſibi odium aduerſus nos vulpis et mala retribuere intendit. que ſibi olim intulimus. Et ſcio inquit vulpis ꝙ adhuc mei aduerſarij tibi de me mala parare non deſinent. donec iterū ponēt ſcandalum inter me ⁊ te. eſtimantes poſtq̄ꝫ prima vice non potuerunt me offendere. Ne putet rex eoꝝ verba cōtra me fuiſſe mendacia. Nitent̄ adhuc ꝯtra me inuenire argumenta. etiam ſi eſſet rex ſimplex coꝛde non ero ſecurus ſemper cogitans in mea mente. neq̄n ſeducatur coꝛ regis ſuſurrantes tota die ad eius aures. Dixit leo. Iam temptaui et cognoui te. ecce pono te in gradū rectoꝝ ⁊ fideliū in oculis meis vt virū innocentē. Non pro vnica iuſticia mille offenſe remittuntur. Et ſcio qm̄ celabis hoc ſcandalum. qđ inter me et te accidit. ⁊ qꝛ remittis mihi illud ꝓpter miſericoꝛdiam. cuius recoꝛdaberis me tibi contuliſſe. Et ſic ammō alter noſtrum alteri magis fidelis ⁊ dilectus q̄ꝫ prius. Et reſtitutus eſt vulpes ad ſuum pꝛimum officium ⁊ dilexit ipſum rex pre alijs eius familiaribus. Et eſt parabola de dilectione regū que poſt inimicitias reſtituitur.

# Capitulum decimumquartū

Capitulum. XIIII. de aurifice ⁊ ſerpente. Et eſt de facienda miſericordia

Jt rex philoſopho Intellexi iam que dixiſti. Porro mihi indica cui oporteat regē benefacere et in ipſo confidere. da mihi pabolam de recognoſcēti grām. ⁊ de eo qui bona non retibuit amico ſuo ꝓ acceptis bñficijs: ſʒ mala. Inquit phūs Sendebar. Scito rex ꝙ mores creaturarum non ſunt idem. ſed diuerſi ⁊ non eſt in oibꝫ his q̄ deus creauit. ſcʒ quadrupedū ſeu bipeduʒ. aut volatiliū regi magno honorabilius q̄ʒ homo. Sed reꝑitur in hoībus iuſtus ⁊ peccator. Et q̄ñqʒ reꝑitur in brutis bñficioꝝ recognitor. ⁊ obſeruator federis magis q̄ʒ in hoīe. Reges aūt tenentur conferre miſericordiā ſuo loco quo debēt. ⁊ his qui eam recognoſcūt: ⁊ nulli conferant donec inueſtigent de cōditione viri eiuſqʒ moꝝ ⁊ operū. Et vtrum ſit eoꝝ qui fedus faciūt ⁊ obſeruant. ⁊ grām recognoſcunt. Non aūt reſpiciāt pſonarum nobilitates et generoſitates. Nec dn̄t reſpicere inopes in actione miſericordiarū ſuaꝝ nec velint gratiam retinere tanq̄ʒ extraneo. ſi dignus fuerit ⁊ eam recognouerit ⁊ fuerit vir legalis. ſimplex et prudens. ⁊ vir ſenſatus ⁊ diſcretꝰ. Et cū in ipſo fuerint hū mores diuulgati debēt ei actio miarum. viri qʒ intelligentes debent temptare et examinare homines. ⁊ illis agere iuſticiā iuxta illud qḋ ſibi de eis videtur. Bonus igitur medicus non curat egros ſolū videndo eos. ſed vrinam inſpiciēdo ⁊ cōſeruando pulſum. et calorē extrīcitatū. ⁊ virtutē mēbroꝝ ſuoꝝ. tūc exhibet illis medicinā qḋ ſibi de illis videbitur. Decet creaturas viles et deſpectos recognoſcētes bñficia ⁊ fedus obſuantes cum illis agere grām ⁊ miam ſuo poſſe. ſiue hoīes ſiue beſtie ſint. Neſcit eñ quis vtrum proceſſu temporū. illiꝰ indigeat pro ſuo iuuamine vt ſibi bona retribuat. Et q̄ñqʒ debet vir prudēs ſubtrahere manū ſuā a benefaciēdo hoībꝫ vt non ꝯfidet in aliq̄ ipſoꝝ. ⁊ ſup hoc induxerūt ſapientes parabolā. Dixit rex: q̄ō fuit:





# Capitulum decimūquartū

¶ Inquit Sendebar. Fertur ꝙ cum ambularet quidā heremita per viam vidit foueā
quā foderant venatores ad capiendū aīalia. vt ſua coria decoriarent. Et inſpiciens ad
fundū fouee vidit ibi hoiem q̄ erat aurifaber ⁊ cū eo erāt ſymeus. ſerpens. et vipera. nec
illū hoiem offenderant. Et vidēs hec heremita: cogitauit dicēs. Aduenit nunc tēpus q̄
magnā miſericordiā exhibeas eruēs hunc hoiem de dentib⁹ aduerſarioꝝ ſuoꝝ. Et ac-
cipiens funem iniecit eam in foueā quam ſymeus apprehēdēs ſua leuitate aſcendit per
eam. ⁊ inijciēs funem ſecūdario aſcendit vipera. et inijciens tercio aſcendit ſerpens qui
oēs recognoſcētes gratiā eius regraciati ſunt illi. Et dicūt ei nequaq̄ velis educere hūc
hoiem inde. quia non eſt in terra aliqd negās beneficiū ſibi collatū ſicut homo et preci-
pue ſicut hic homo. Et dixit ei ſyme⁹. Scias meū habitaculū eſſe in tali loco. Et dixit
ei vipera. Et ego in lacu q̄ prope eſt illic moror. Ait ſerpens et ego in flumine ibi prope
moror ꝙ ſi habueris inde tranſitum remunerabim⁹ tibi ſup bono qd nobis contuliſti.
⁊ abijt vnuſquiſq; in viam ſuam. Poſtea vero iniecit funem vt educeret aurificem non
curans de eo. qd dixerūt ei illa animalia. Et eduxit eū de fouea. ⁊ cū ipm eduxiſſ; regra-
tiatus eſt ei. ⁊ ait illi. Tu maximā gratiā mihi cōtuliſti. pro qua teneor tibi remunerare
qd ſi placeret deo. te trāſire per terram. quā tibi hec aīalia indicarunt. cū ibidē ſit meum
habitaculū remunerabo te de grā quā feciſti mihi. Et abijt vnuſquiſq; in viam ſuam.



¶ In proceſſu vero tpīs accidit heremite trāſire per illam terrā ⁊ occurrit ei ſymeus. ⁊ vi-
dens ſalutauit eum. Et ait ad eū. nihil nūc habeo apud me ſed pſtolare pauliſper qui
abiens redijt ad eū cum multis fructib⁹ ⁊ delectabilib⁹ ⁊ ſibi donauit et ſumpſit de illis
q̄t voluit diſceſſit inde. Et occurrit ei vipera que et videns ſalutauit eū. ⁊ ait: magna fu-
it gratia quam recepi a te. ſed rogo ne diſcedas donec redibo ad te. Et iuit vipera ad do-
mum regis et interfecit filiam ſuam. et acceptis corona ⁊ iocalibus eius tulit ⁊ donauit
heremite. Et nihil ei de morte filie reg̃ manifeſtauit. Et cogitauit heremita in corde ſuo
dicens. Jam hec aīalia de bnficio qd eis egi mihi remunerauerūt. eſtimo ꝙ ſi ad au-

# Capitulum decimumquartũ

rificem peruenero melius ipſe mihi remunerabit. Et ſaltem mihi de huiuſmodi iocali-
bus conſulet. Poſtea vero heremita acceſſit ad domum aurificis. et videns eum auri
fex: duxit eum ad ſuam domum. et honorem ei contulit. Cumqꝫ videret aurifex coronã
auream. cognouit eam: qꝛ fuit filie regis. annunciauit ei qm̃ inuenerat coronaꝫ filie ſue
in manu cuiuſdam qui erat in domo ſua. et ipm̃ retinuit. donec mandaret rex ſup hoc.
Et audiens hoc rex: miſit pro eo. qui cum veniret. ⁊ oſtenderet coronam regi. cognouit
rex illã. ⁊ mãdauit rex ipm̃ flagellari. et duci per ciuitatẽ. deinde ſuſpendi. Et fcm̃ eſt ita.



Et cũ ducerent illum per ciuitatem. ibat plorãs amare. clamans et dicẽs. Si cõſilio fe
rarũ attẽdiſſem de quo mihi cõſuluerũt. nõ vtiqꝫ hoc malũ mihi eueniſſet. Et audiens
ſerpens vocẽ eiꝰ exiuit ad eum de cauerna. et videns qđ acciderat ei doluit et obſtupuit
et meditatꝰ eſt argumẽta pro ſui liberatõe. et cito ſerpẽs ad domũ regis iuit ⁊ momordit
filiũ eius. Miſitqꝫ rex pro aſtrologis ⁊ magis. vt ſibi facerent incantationes ⁊ portarent
ad ipm̃ de tyriaca. ⁊ nihil ei profuit. Et in aſtris cõtemplati ſunt arte ſua. donec puer in
cepit loqui. priuatus eñi erat ſermone. Et ait filiꝰ regis. Scitote me ſanari nõ poſſe. do
nec veniens heremita q̃ ſine culpa eſt ad mortẽ cõdamnatꝰ. ⁊ ducat manũ ſuã per carnẽ
meam. Et audiens hoc rex. mandauit duci heremitam ad ſe. q̃ a rege interrogatus expo
ſuit ei oĩa q̃ fecerat feris et aurifici. ⁊ verbũ quo fere ipſum ꝓmouerãt hoĩ non bñfacere.
Et quare venerat ad illã ciuitatem. Et eleuatis oculis ad celũ. orauit heremita ad deum
dicens. Domine deus. Ego ſum innocens de hoc negocio. ſana obſecro filiũ regis Et
puer ſanatus eſt. et receſſit dolor eius. Et videns hoc rex. honorauit heremitam. dans
ei munera. et mittens ipſum in pace. Et mandauit ſuſpendi aurificem. Et hoc eſt de eo
qui bene facit ingratis

# Capitulum quindecimum

¶Capitulum.XV.de filio regis et ſocijs eius.Et eſt de diuina ſententia:quam nemo poteſt effugere.

Inquit rex diſſes ſedebar ſuo philoſopho. Intellexi iam verba tua que dixiſti. cui debet homo benefacere. Nūc aūt dic mihi de viro ſtulto in ſublimi ſtatu exiſtente. Et de eo q̄ ſuā perſonam fatigat ꝛ affligit.q̄liter ſingula humana negocia diſpoſita et ordinata ſunt deſuper ꝛ q̄ fiūt in terra. Ait Sedebar Sicut vir non probatꝛ niſi per mulierem. ſic ſapiēs nō eſt q̄s ſufficienter niſi per intellectū . et intellectus pn̄cipaliter a deo.ꝛ per exercitiū datꝛ homini.vt filio regiſ ꝛ eius ſocijs accidit. Dixit rex. Quō fuit: Inquit philoſophus.



¶Dicitꝛ q̄ q̄ttuoꝛ homīes pariter in itinere aſſociati fuerunt.quoꝝ vn⁹ erat filius regis Secūdus fili⁹ mercatoris. Tercius filius generoſiꝛ erat ſpecioſus valde. Quart⁹ vero erat viatoꝛ et curſoꝛ.qui omēs ſimul in itinere conuenerunt. Erant aūt pauperes nihil habentes niſi veſtimenta.¶Et cū ambularent per viam:dixit filius regis. A diuina voluntate omnia predeſtinata ſūt. Dixit filius negociatoris. Intellect⁹ melioꝛ eſt omni re. Dixit nobilis ꝛ ſpecioſus. Pulchritudo eſt melioꝛ alijs rebꝫ. Dixit viatoꝛ.ſollicitudo et promptitudo.in ipſis negocijs.melioꝛ eſt omni re.

¶Et cū accederent ꝓpe quādam ciuitatem.ſederūt in vno loco.et dixerūt viatori. Vade tu q̄ ſollicit⁹ es in tuis negocijs.ꝛ procura nobis hodiernū cibum. Qui ait.libenter Et ingreſſus ciuitatem.ꝛ inueſtigauit diligenter qualem laborem deberet exercere.quo haberet ſolarium q̄d ſufficeret ad diem pro victu quattuoꝛ hominum. Cui reſponſum eſt nihil melius eſſe q̄ apportare ligna. Et accedens ad ſiluam fecit ſibi ſarcinam magnam

# Capitulum qinudecimum



neceſſaria pro ſe et ſocijs ſuis: ſcribens in portam ciuitatis. Quoniã vir probus et ſollicitus in arte ſua lucratus eſt vna die denarium argentum: ⁊ redijt ad ſocios ſuos qui cibo et potu refecti ſunt illa die.





# Capitulum quindecimum

¶ Altera vero die dixerūt filio nobilis. vade et tua pulchritudie ꝓcura nobis hodie ne
ceſſaria. et cogitās in corde ſuo dicēs. En ego neſcio exercere artē. nec eſt ꝯueniēs me va
cuū ad ſocios meos redire. Et poſuit ſe ad quādam arborē triſtis ꝛ dolens. ꝛ voluit ſe
parari a ſocijs. Et cū trāſiret q̄dā matrona iuxta eū: ꝛ ſuā vidēs pulchritudinē: capta eſt
in amore eius. q̄ veniēs ad domū ſuā: miſit pro eo. Quo veniēte ad eā: fecit ꝯuiuiū ꝛ ſte
tit cū ea tota die. In ſero aūt dn̄a dās ei q̄ngētos denarios argēteos licēciauit eum. et
rediȷ̄t ad ſocios ſuos: fouens ipſos per totam diem.



¶ Tercia vero die dixerunt filio mercatoris. Vade ꝛ tuo intellectu ꝓcura nobis hodie
victū. Qui ingrediens ciuitatē: venit ad portū maris. vbi cōuenticula mercatoꝝ erat et
multarū nauiū. Et vidit ibidē negociatores loq̄ntes cū patrono: ꝛ dicētes an vellet ꝓ tā
ta dare pecūia. qḋ renuit patronꝰ. Tūc dixerūt inter ſe mercatores. differamus in craſti
num. q̄ꝛ nemo eſt q̄ ab eo emat. Qḋ audiēs filiꝰ mercatoris. ꝛ illis abeuntibꝫ acceſſit ad
patronū: q̄ p̄rem eiꝰ bn̄ nouerat. Et cōueniebat cū eo ꝑ mercātia. quā emit ꝑ q̄nq̄ milibꝫ
florenis. Altera vero die veniebāt mercatores. vidētes ſe eſſe p̄uentos: emerūt a iuuene
pro decē milibus aureis. Et ſic receſſit iſte iuuenis: ꝛ venit ad ſocios ſuos. Scripſitq̄
Tū circūſpecta prudentia lucratꝰ eſt vnus vna die q̄nq̄ milia florenoꝝ. ꝛ de hoc ſe et ſo
cios ſuos educauit.

¶ Quarta vero die dixerūt filio regis. Vade et tu ꝓcura nobis hodie neceſſaria. qui de
predeſtinatione diuina locutꝰ es. ꝛ tu in eā ꝯfidis. Qui cū iret. ꝛ ſedebat triſtis et dolēs
iuxta portā ciuitatis. Et factū eſt a deo. vt mortuꝰ eſſet rex illius prouincie in illa die nō
relictis filijs vel aliquo cōſanguineo. Et cū exiret vniuerſus populus ad ſepeliendum
corpꝰ regis. trāſierūt iuxta iſtū iuuenē. q̄ ſedebat ibi nō ſurgēs de loco: nec cōpatiēs mor
ti regis. de quo mirabat̄ ꝑpl's. ꝛ cū ab eo interrogaſſent cauſam quare ille obticuit et nō
rn̄dit q̄cq̄. propter qḋ expulſus eſt de illo loco. Et cum redirēt de ſepultura regis: vidit
ip̄m ille qui eū expulſit ꝛ dixit ei. Nōne tibi p̄cepi. vt nō ampliꝰ hic ſederes. ꝛ accepit eū ꝛ
incluſit eū in carcere. Cōgregato vero vniuerſo populo vt ſibi regē cōſtituerent: ſurrexit

## Capitulum Sedecimum

112 78



hic qui filiū regis in carcere detinebat. ⁊ ipſis totū pceſſū declarauit. ⁊ miſerūt p eo. ⁊ ipſi interrogauerūt ab eo. q̄s ⁊ vñ eſſet: ⁊ q̄re ad terrā veniſſet. Qui dixit. Scitote. q̄m ſum filius talis regꝭ magnifici. quo mortuo frater mihi regnum vſurpās. motus eſt me pdere et expellere de regno. ⁊ timēs fugi. ⁊ veni ad terrā vſam. Et audiētes hoc q̄dam q̄ cognouerūt pꝛem ſuū. exaltauerūt vocē ſuā dicētes. Viuat rex. viuat rex. qđ placuit oībꝫ. ⁊ ipm̄ in regē cōſtituerūt. ⁊ duxerūt ipm̄ p ciuitatē (vt moris erat) Et cū perueniſſent ad portā ciuitatis vidit ea q̄ ſcripſerāt ſocij. mādauit ſcribi q prudētia / pulchritudo / intellectus ⁊ q̄cq̄d boni hoī aduenit. a deo p̄deſtinatū eſt. Et ſemꝑ eſt cū veniret ad domū. miſit p ſocijs ſuis. enarrās ipſis q̄d ſibi acciderat a diuina p̄deſtiatōe glorificās ⁊ laudās deum de ſua grā. Poſt hec vero dixit philoſophus. Viri intelligentes ⁊ ſapientes debent ſcire et credere. q vniuerſa ordinata ⁊ diſpoſita ſunt a diuino bn̄placito. ⁊ nullus pōt ſibi bonū approximare nec malū elōgare. ſed totū a deo cauſat. Et ipſe qđ vult agit in illis: ⁊ pficit qđ intendit. Quapropter quilibet tenet deo confidere. ⁊ hoc credere q̄m verū eſt.

¶ Capitulum XVI. de auibus. Et eſt de ſocijs ⁊ proximis qui ſe inuicē decipiūt

Inquit rex diſles ſendebar ſuo philoſopho. Intellexi quidē verba tua. q̄ locutus es de diuina ſentētia. et q nullus valet eā fugere. Nūc vero da mihi parabolā de ſocijs ⁊ de amicis decipiētibꝫ ſe inuicē. Et q̄n alter ipoꝝ eſt cordis fraudulēti. ſociū cupiens defraudare. ⁊ inferre ſibi malum. Inquit philoſophus.

Dicit q erat in quodā loco iuxta mare in quo flumia cōueniebant. ⁊ erat locus ille pcul a venatoribꝫ ⁊ hoīm circuitu. Aues vero degentes circa mare pcul erant inde. nec ibi pro aliquo accedebāt. In pceſſu vero tp̄m acceſſit ad hūc locū auis q̄ hebraice dicit holgos. Et cōſiderans bonitatē huius loci. ⁊ q̄uo ſolus eſſet a cōuerſatione hoīm ⁊ aīaliū. deliberauit in ſua mente reducere ibidē ſuā familiā dicēs. Affluenter viuā ego cū familia mea de venatōne huius loci. ⁊ erit mihi in hereditatē ⁊ filijs meis

# Capitulum ſedecimum

¶ Erat autem eius vxor recumbens in nido ſuper oua que prope erant partui. habebat autem hec quandam aliam auem ſibi vnicam et ſolatio ſamq; dicebatur moſan. Erat autem auis illa valde dilecta: quam multum adamabat. Nec cibus et pot⁹ nec vlla delectatio ſapiebat ei abſq; illa aue. Cū audiſſet hec vxor auis q eius maritus intēdebat facere id factū: fuit ei valde moleſtū. et voluit annūciare illi moſan ſecretū mariti ſui. et querēs argumenta qūo poſſet de licentia ſui mariti ei⁹ ire ad illā auē ſuā amicā. Et ſecū de hoc tractare negocio. dixit marito ſuo. Jam peruenit tempus quo debent noſtri pulli oriri. ⁊ mihi quidē indicata eſt qdam medicia vtilis pullis noſtris qua valebūt valde plumare et creſcere. ⁊ ab accidētib⁹ ⁊ infortunijs illeſi permanere. Et volo querere illud: ⁊ portare nobiſcū ad locū in quo eſſe intendimus. Et ait ad eā maritus. Quid eſt illud Dixit vxor. Eſt piſcis quidā exiſtens in inſula in tali loco: quem nullus ſcit pter me. et ille q me docuit. Volo igit: vt tu recūbas loco mei ſupra oua: donec ibo: ⁊ capiens vnū aut duos de illis piſcibus: redibo ad te. deinde feramus illos ad locū: vbi intendimus habitare. Et reſpondēs maritus: dixit ei. Nō decet diſcretū virū cogitare de ſingulis. q medici aſſerūt. plerū q; em̄ imponūt pcurare que non recipiunt. nec ſūt poſſibilia. Sed inducit quis pro illis in pericula ⁊ anguſtias: donec precipitabit. Etiam quidē audiui de loco iſto: ad quē ire intēdimus. quia locus eſt periculoſ⁹. Et dicit in libris medicine. q ex ſepo leonis et veneno ſerpentū ardētiū: fiūt certe et optime medicine. nec pro tanto debet vir prudēs moueri ad inueſtigandū huiuſmōi ad loca periculoſa. qrens leones per loca deſerta et valles. et ſerpentes in cauernis eo⁊. et pter hoc deſine ab hoc qđ facere intendis: ⁊ tecū defer hunc nidū cum ouis ad locū quem tibi dixi. Qm̄ ibi eſt affluentia piſcium. et eſt locus quem nullus nouit: niſi nos. Et ſcire debes: q quicunq; credit medicis: vt querat medicinalia per loca periculoſa: ⁊ ſe mori exponit: accidit ei quod accidit cuidam ſymeo. Dixit ei vxor. Qūo fuit: Inquit maritus.

110



# Capitulum Sedecimum

¶ Fertur ꝙ in quodam bono loco et fertili vbi multe arbores erant ⁊ fructus ⁊ aq̄. fuit
q̄dā ſymeꝰ. ⁊ ibi longo tp̄e habitauerat. In proceſſu vero temporis orta eſt huic ſcabies
que ipſum moleſtauit valde. vt nō poſſet ꝓcurare ſuam eſcā. Et cum prope eam trāſiret
alius ſymeꝰ vidēs eū: dixit ei. Quare video te extenuatū corpore. ⁊ in tanta debilitate cō
ſtitutū? Cui reſpondens hec: dixit neſcio cauſam huius infirmitatis. niſi q꜄ ſic diuine
placuit volūtati quam nullus valet effugere. Dixit ei alter ſymeꝰ. Ego inq̄ ſciui quen-
dam ſymeum: cui hec eadem accidit egritudo. nec curari potuit: donec habito capite co
lubri nigri. et ip̄e ab illo ſymeo comeſto ſanatꝰ eſt. Symeus ait. Unde poſſem illō habe
re. cum non poſſū venari victū meū. et mea virtus declinauit. ita vt non poſſū inuenire
eſcam meā. ſed alie fere et animalia mihi conferūt d꜄etim q̄d cibi. alias morerer mea in-
firmitate depreſſus. Dixit ei alter. Uidi in quodam loco iuxta cauernā cuiuſdam nigri
draconis multos viros. et eſtimo eos interfeciſſe draconē. Nūc ibo ad illū locū ⁊ ſi ip̄m
inuenero mortuū: auferā ſuū caput. ⁊ apportabo tibi illō. Ait ſymeꝰ infirmꝰ. Si mihi
poteris hoc facere: erit mihi maximum beneficiū: vt per te viuat aīa mea. et a deo ſuper
hoc magnam habebis mercedem. Et iuit ſymeꝰ donec peruenit ad foramē cauerne dra
conis. Et cum videret veſtigia greſſus hoim̄: eſtimauit draconē eſſe interfectum ab ali-
quo homīe. Et accedens vſq̄ ad eius cauernam inuenit draconem viuum quem draco
rapuit et deuorauit

¶ Porro adduxi tibi hanc parabolam. q꜄ non decet virū ſapientem exponere ſe pericu-
lis ⁊ terribilibꝫ negocijs. Etiam ſi ſibi illō multū expediat: Et rn̄s vxor ait. Intellexi ver
ba tua. Sed omnino expedit ꝙ vadam illuc. q̄m nihil eſt ibi q̄d timendū ſit. ⁊ erit h̄ ſa-
lus et fiducia bona pullis noſtris: vt ab infortunijs ⁊ malis accidentibꝫ fiant exempti.
¶ Et ait ad eam maritus. Ex quo caſu deliberaſti conſilium omnino illuc ire. Caue: ne
hoc noſtrū ſecretum alicui reueles. Dicūt em̄ ſapientes. ꝙ cuiuſcunq̄ boni intellectus
eſt laudabilis. ſed caput intellectus eſt ſecreti ſepultio. Poſt hoc vero exurgens hec: iuit
ad locū vbi erat auis illa amica ſua Et retulit ei ſecretū mariti ſui. ⁊ quomodo ad illum
locū transferre ſe intendebant in quo erāt aq̄rum. piſciū ⁊ herbarū affluentia. Et ꝙ nō
eſſet ibi ſtrepitus animalium. nec timor hominum. Et dixit ei. Si poteris ingeminare
vt venires illuc cū beneplacito mei mariti. facias. licet em̄ bonoꝝ mltoꝝ ibi ſit abundā
tia: ſine te tamen ſunt mihi nulla. Bonum em̄ quod cōfert nobis deus: vobiſcum com
municabimus. ¶ Uolens itaq̄ auis illa eſſe in ſocietate illiꝰ mulieris ait ad eā. Aſtrin-
gar ibi eſſe cum voluntate tui mariti. Nunquit habet ip̄e auctoritatem tui ſingularem
in loco illo magis q̄ ego. vel q̄cunq̄ aliꝰ. Nonne locꝰ iſte licitus eſt omnibꝫ. Et ecce ego
vadam illuc. ⁊ probabo ibi nidū meū. q꜄ vtilis locus eſt. vt dixiſti. Et ſi veniēs maritus
tuus. voluerit me inde repellere. reſiſtam ei. cū non ſit ei locus ꝓprius. nec illū poſſidebit
a ſuis parētibꝫ. nec in ipſo habeat maioris iuris q̄ ego. Dixit ei mulier. Etiā ego ſcio:
q꜄ verū dicis. Uerūtamen elegi te ad locū illum. vt ſemper inter nos maneat pax ⁊ dile
ctio. Et ſi venires abſq̄ beneplacito mariti mei. orireť ſcandalū inter nos. cum promiſi
viro meo nemini illud dicere.

¶ Ait auis Uere dicis amice. et in vobis confido bene. Sed indica mihi qualem mo
dum accipiam vt ſit hoc cū conſenſu mariti tui. Ait ad eā mulier. Cōſulo tibi. Uade ad
eum. quaſi ignorans negociū hoc. et dic ei. Scito cariſſime ꝙ contigit mihi nuper ire
per quēdā locū quē exploraui eſſe bonū ⁊ vtilē. ⁊ nullꝰ eſt ibi habitans ⁊ ꝓpono ibi meum
habitaculum. vis ne mecū illic transferri. cum ibi ſint multa piſcamina. Et ſcio bene. ꝙ
ipſe tunc dicet tibi. q̄m ipſe prouiderit locū illum prius q̄ tu. Et cum dixerit hoc. tūc dic
ei. Ergo dignius eſt te eſſe ibi q̄ me. Sed rogo vt tibi placeat me ibi eſſe tecum. q꜄ nun-
q̄ aliquod importunum a me percipies. Sed vtilis ero tibi ſocius ⁊ amicus. fecit itaq̄

auis illa: ⁊ iuit ad maritum huius. mulier vero iuit a quendam lacum. et cepit duos piſces. tulitq; marito ſuo dicens. Hi ſunt piſces de quibus tibi dixi. ⁊ inuenit auem illam cum marito ſuo. Que cum reuelaſſet et de loco dixiſſet. placuit marito. vt cum eo habitaret. Et interrogauit maritus mulierem. an ei placeret. Reſpondit mulier. volens ſe ſimulare quaſi non vellet vt auis illa cum eis habitaret. vt non perciperet maritus eius ꝙ reuelaſſet illi ſecretum. Et ait. Nos ſole elegimꝰ nobis locum illum. quia non eſt ibi ſtrepitus auium atq; animalium. Et ſi permiſeritis hanc auem ibi eſſe. timeo. ne alia turba auium veniat cum ea. et ſic nobis locum exinde expediat dimittere. Dixit maritus. Uerum dicitis. tamen confide in hac aue. et dilige ipſam. quia ſpero nos ab ea in futuro accipere auxilium et vigorem contra aduerſarios noſtros. ne ſuperuenientes nobis alienę vexent et moleſtent nos. iniuriaſq; multas inferendo noſtris pullis.

Quapropter nobis bonum eſt ac perutile habere nobiſcum. ſiue in noſtra ſocietate admittere hanc auem. et forſan nobis preſtabit auxilium tempore neceſſitatis. et non debemus confidere in noſtra potentia. Nã licet ꝙ ceteris auibus potentiores ſumus: tamen ſepe debilior cum ceterorum adiutorio fortiorem ſuperat vt patet de lupo quodam quem ſuperauerunt murilegi et ipſum necauerunt. quia eis aduerſabatur. Dixit mulier. Quomodo fuit? Inquit maritus eius.



¶ Dicitur ꝙ priſtinis temporibus fuit magna congregatio luporum. et hec erat circa littus maris in quodam deſerto et inepto loco hominibus. inter quos lupos erat vnus magis annoſus ꝗ̃ alij. et exinde magis preſumptuoſus in omnibus rebus. ꝗ̃ ſocij ſui. et pre alijs voluit honorari et vereri. Quadam vero die contigit. vt famam ſibi acquireret inter ſocios. iuit venatũ ad capiendum ꝗd delicati in quodam monte. vbi erat

# Capitulum Sedecimum

multitudo ferarum et animalium. Erat aũt mons ille recluſus vndiq; vt non poſſent
inde animalia egreſſum habere. ¶ Et cum manerẽt ille fere pacifice et quiete in monte
illo in quo erat etiã magna turba cattoꝝ inter aliqua animalia degentes. qui regem ha
bebant. Superuenit illis iſte lupus. ⁊ cum ibi videret multitudinẽ ferarũ et aĩalium pro
ſui venatione. ⁊ quia nullum inde haberent egreſſum. ⁊ fugam. traxit ibi morã pluribus
diebus. Capiebat autem ſingulis diebus de illis animalibus qñ volebat et deuorabat.
Et factum eſt ꝙ valde moleſtum cattis qui omnes ad ſuum regem congregati inierunt
conſiliũ vt valerent ſe a lupo reddere tranquillos. Erant autẽ tres catti ingenioſi et ſen-
ſati quibus vocatis a ſuo rege egit cum eis conſilium.
¶ Et interrogans rex primum dixit ei. quod eſt tuum conſilium ſuper proceſſu huius
lupi. qui tanta iam nobis moleſta egit et diſſipauit et leſit plures de populo noſtro. Di-
xit cattus nullum habemus conſilium niſi ſperare in domino ſemper. quia non poſſu-
mus ei reſiſtere. Et interrogatus ſecundus dixit. meum conſilium eſt. ꝙ de loco iſto re-
cedamus ⁊ queramus nobis aliũ locum: forte eñ ibi inueniemꝰ locũ bonũ ⁊ vtilem cũ
bonis paſcuis. quia in maxima peſte ſumus hic. Quid ergo ſumus hic expectantes quo-
uſq; moriemur. Et interrogatus terciꝰ dixit: meũ conſiliũ eſt vt hic permaneamꝰ neq; no
ſtra habitacula relinquamus ꝓpter iſta. Sed conſulo vnũ quod ſi fecerimꝰ ſpero illum
a nobis ſuperari ⁊ nos ad primum ſtatum noſtre pacis redituros. ait rex. Quod eſt?
Ait ille apponamus curam erga lupum quando venatus fuerit aliquod pro ſuo cibo ⁊
illud in aliqđ locũ portauerit ad comedendum. ⁊ exurgentes rex ⁊ ego ⁊ plures alij pote
tes de nr̃o exercitu. eamꝰ aduerſus eũ. quaſi querentes eius eſce reſidua. Et cũ ſecurũ
ſe reddiderit de nobis exurgam ſuper ipm̃ ⁊ fodam oculos eius. deinde quilibet noſtrũ
cum non poterit ſe defendere exurgat aduerſus eum. ⁊ qđ poteſt agat. mori aũt vnũ vel
duos ex nobis. non debet illud grauare liberabimus enim omnes amicos noſtros ab
omni tribulatione. feceruntq; ita.



# Capitulum Sedecimum

¶ Et factum eſt quadā vice cū venat⁹ fuiſſet lupus aliqđ pro ſuo cibo. ⁊ ipm̄ in quoddā
excelſum ſaxū portaſſet. congregauit rex ad ſe cattoꝝ ſui exercitus bellicoſos. et iuerunt
poſt eum. Et cū ꝑueniſſent ad ipm̄. exurgēs ſuper ipm̄ cattus conſiliarius regis. fodit
eius oculos. Et accedens rex detruncauit eius caudam dentib⁹. deinde vero ſinguli eoꝝ
ſuper exurgentes. ipm̄ ad mortem vulnerauerūt. ¶ Porro induxi tibi hāc ꝑabolam
mi vxor vt ꝯſideres. qm̄ non eſt nobis noſtra potentia ſufficiens ſine aliquo potenti ſo-
cio ⁊ legali quare querimus hanc auem nobis in ſocium. Et audiēs hoc vxor in animo
ſuo gauiſa eſt. et placuit ſibi quod de marito ſuo audiuerat. Surrexerūt itaqꝫ vir ⁊ mu-
lier. et altera auis ſocia ipꝫꝫ. ⁊ venientes ad illū locū aptauerūt ſibi nidum ſuū; altera
quoqꝫ auis edidit ſibi nidum circa nidū eorum. Viuebāt autē ibi affluenter ex habun-
dantia aquarū/herbarum/et piſcium. diligentes ſe inuicem ⁊ ſibi fedus fidelitatis con-
traxerūt. Erat aūt dilectio q̄ verſabať inter auem ⁊ mulierē. ad auem extraneā fidelior q̄
extranee auis ad ſociū ⁊ ſociā. In proceſſu vero tp̄is exicato vno illoꝝ riuorum defecit
piſcamen. Et videns hoc auis moſan ſocia mulieris meditata eſt in corde ſuo dicens.
Quāuis fedus amicoꝝ ⁊ ſocioꝝ ſit grande ⁊ quilibet teneatur obſuare. magis tn̄ tenet
ſuam perſonam cōſeruare. dicať q̄ ſibi fedus rūpit. minime alteri obſuabit. Et q̄ futura
non preuidet incidet in foueā quā non eſtimauit volens euadere ⁊ non poteſt. Socie-
tas vero harū ambarū auiū mearū ſociarū mihi nocebit cum deficiat eſca. ⁊ adhuc forte
de loco me expellent. Et ego quidē iā adheſi huic loco de q̄ ſegregari non potero. Non
ergo viam habeo aliam niſi vt occidā eas. ⁊ remanebo ſalua in loco ſolo abſqꝫ moleſtia
ſocioꝝ ⁊ ſtimulatione ꝑticipum ⁊ prius quidem expedit mihi virū occidere. deinde in-
ueniā modū necandi eius vxorem. q: fatui eſt cordis ⁊ cōfidit in me. Aut forſitan inſti-
gabo mulierem vt maritum interficiat poſtea facilius interficiam vxorem. Poſt hoc
vero acceſſit ad mulierē quaſi triſtis ⁊ meſta. dixit ad eam mulier. Quare video te ſic tri-
ſtem. Cui reſpondēs ait. Non triſtor niſi ex diſfortunijs tēpoꝝ ⁊ aeris ꝑuerſione. Sed
moſan auis non ceſſauit triſtari. Et ait ad eam mulier. Video tibi aliqđ ſubueniſſe de
qua triſtaris. ait illa ita eſt. ſed nō eſt niſi pro te. verūtamē ſi meo cōſilio ꝯſenſeris eſtimo
te de hac tribulatione euadere. dixit mulier. Quid eſt illud? Inq̄t moſan licet in noſtra
creatione ſim⁹ extranei. tn̄ frēs in ſocietate noſtra ſum⁹. q̄ melior eſt nobis q̄ infinite
ꝑentele. plerūqꝫ ſunt fratres inimicantes ſibi inuicem et contra ſe inuicem agentes qđ
durius eſt ferro. et peius veneno. et dicitur ꝙ qui caret fratre. caret inimico. Et q̄ caret
conſanguineo: caret inuidente. Ego aūt dirigo te ad vnum qđ erit tibi vtile. Et q̄uis ſit
difficile vt illud valeas attemptare cum tibi dixero. eſt tamē valde facile in oculis meis
cum conſidero periculum aduerſus te. Et propterea exaudi conſilium meum. et incli-
na aurem tuam vt facias quod tibi dico. nec queras a me quare. donec illud perfeceris.
Ait mulier ad eam. Dixiſti mihi iam verbum de cui⁹ timui auditu et obſtupui. nec ſcio
quid eſt. Eſtimo tn̄ illud eſſe pro m. ei nece. ſed facilis mihi erit mors pro tui amore. dic
ergo petitionem tuam. Dicitur enim ꝙ quicunqꝫ ſuam animam non tradit morti pro
eius ſocio qui melior eſt prole et fratribus. eſt in oculis dei peior duris ſceleratis et pre-
uaricatoribus. Dixit auis. Meum conſilium eſt vt occidas maritum tuum et te red-
das tranquillam ab eo. ac per hoc tibi ſalus erit et pax. et mihi tecum. nec a me queras.
donec illud feceris. Niſi enim res eſſet valde bona non tibi conſulerem. Et ſi hoc feciſ-
ſes mox diu dicerem nec doleas nec triſteris ſuper marito tuo. dabo eni tibi meliorem
ipſo. qui erit nobis in hoc loco ſocius. et cuſtodiet et diliget te. et ſemper amor inter te et
me permanebit. Scias quoqꝫ niſi meum adimpleueris conſilium. accidet tibi vltimo
quod accidit muri nolenti conſentire vtili ſibi preſtito conſilio. Dixit mulier quomodo
fuit? Inquit auis.

# Capitulum Sedecimum



¶ Dicitur fuiſſe in quodam loco ſolitario promptuarium in quo cum multi eſſent mures
diſſipantes ⁊ moleſtantes bona patrisfamilias qui accepit quoddā animal qđ aſſimila
batur cani. ⁊ inimicabatur muribus vt eos de domo exterminaret inter quos quidē erat
vnus mus maior alijs ⁊ fortior. Et videns hic mus qđ fecerat paterfamilias ſciuit qm̄
non poſſe permanere in domo. propter illud animal. et accedens ad illud ait ei. Scio
inquit patronus domus non introduxit te huc niſi ad interficiendum me. Sed ego veniret
tuam habeam ſocietatē. quia noui tua ingenia. ⁊ volo tibi cohabitare. dixit ei animal. In-
tellexi quidem verba tua ⁊ volo te ſecurū reddere ⁊ tibi pmitto pacem obſuare. noſti ve
ro qm̄ meus patronus poſuit me cuſtodem ſue domus vt nihil ſibi adueniat nocumēti a
te. et a tuis ſocijs. nec me decet in hoc eius intentionem defraudare. Et propter hoc nō of
fendas patronū meū ſed potius procura tibi manſionē aliā vtilē et egredere de iſta quia ſi
hoc non feceris. non eſt mihi culpa. ſi te offendam. Non enim mihi licet contra venire
mandato patroni mei. dixit ei mus. Ego prius te rogare incboaui ſuper hoc ⁊ humiliaui
me tibi propter hanc petitionē. Non igitur decet te meā petitionē denegare. ait illud animal
verū me decet tuā ſequi pacem et dilectionē. Sed q̄uo potero tibi hoc obſeruare cum
tui ſocij diſſipant bona mei patroni. ſi fuero ſibi rebellis non defendēs ſua bona de mani
bus veſtris interfic et me preſtor ergo tibi vt pſerues perſonam tuam a me. ⁊ recede de
hac domo vſq3 ad tres dies quibus poteris aliā tibi puidere manſionē. poſtea vero tui p-
ſequar ſocietatem. dixit ad eum mus. Eſt mihi graue meum relinquere habitaculum ⁊
nullo modo propono recedere. ſed me a te toto poſſe preſeruabo. Altera vero die exiuit
mus de cauerna vt quereret aliqđ pro ſui eſca. et videns ipſum hoc animal nec curauit
de eo. Nec motum eſt contra ipſum murem donec terminus dierum compleretur. Et
cum videret mus quia non apponeret curam quomodo ipſum offenderet ⁊ moleſtaret

# Capitulum Sedecimum

ſeductum eſt cor ſuū. ⁊ nullatenus ipm̄ amplꝰ timebat ⁊ cepit cum eo ꝯuerſari. nec ſe ab eo preſeruauit. Conſūmatis igitur tribus diebꝫ exiuit mus more ſolito ambulans per locum. Animal vero latebat in quodam loco domus. et ſentiens ſtrepitū pedum muris. inſurrexit aduerſus eum. et ipſum deuorauit.

Adduxi tibi vero hanc parabolam. vt ſcias. quoniam non decet virum intelligentem conſilium ſui amici infringere. nec illius correctionem refutare.

¶ Dicitur enim ꝙ verbū ꝯſulentis et ſi difficile ſit. ſimulatur medicine. q̄ q̄uis ſit amara: tamen liberat a languore. Quapropter meū nequaq̄ refutes conſiliū. ne decipiaris tuo corde. permittēs viuere tuū maritū. quia maximū exemplū ꝑcipies nocumētum. Nam ſi ipſum occideris dabo tibi maritū meliorē ipſo. Et audiēs hoc mulier perterrita eſt a verbo eius. et non minus deſiderauit habere maritū nouum et ait ad eam. Aduerti quippe verba tua. et credo tuū conſiliū eſſe fidele. et ſignū tue dilectionis erga me. quia ſentio meū cor erga tui dilectionē cōpletum. Et noſco ꝙ conſiliū vtile mihi cōtuliſti. Et etiam ſi non eſſet bonum pro me. ſed pctm̄ vtiq̄ vellem illud adimplere amore tui. verūtamen quomodo potero meum maritū occidere: cum non ſit mihi poſſibile. Ait ad eam moſan indicabo tibi modum quo valebis hoc facere. Ait illa dic ergo. Reſpondit ei. Scio quēdam riuum in quodam loco. vbi eſt multitudo piſcium vbi piſcari ſolent piſcatores. Qui cum piſcant̄ magnum piſcem. habent lignū acutum ex vtraq̄ parte. introducentes illud a capite vſq̄ ad caudā piſcis. Et ſcio te melꝰ poſſe apportare de huiuſmodi piſcibꝫ q̄ ego. Accipe ergo vnum de illis et proijce illum in locū. vbi comedit maritus tuus vt illum tranſglutiēs gutture ſuo et morietur. Fecit itaq̄ mulier ſicut ſibi illa conſulerat. Et accipiens vnū de piſcibus illis cum ligno. proiecit ante maritum. qui cum illum tranſglutiſſet mortuus eſt. Remanſit itaq̄ moſam cum muliere pluribus diebus. conferens ei honorem et dilectionem. poſtea vero recordata mulier ꝙ ſibi promiſerat moſam dare nouellum et iuuenē maritum. petijt ei vt ſibi procuraret.



# Capitulum decimumſep.

¶ Et pambulans auis illa iuxta flumē. obuiauit cuidā vulpi. Cui ait. habeo vnā auē
pinguē: quā in tēdo ſeducere: vt veniat ad te. tu quoq latēs ſub ſaxo: deuorabis eā. Et fe
cit ita vulpis. Et ſtabat retro ſaxū. expectās auē. Et rediēs auis ad mulierē: dixit. Inue
ni quēdā ſociū. cui relatū a me de tuo decore ⁊ intellectu: placet ſibi te ducere in vxorem.
Surge et eam⁹. ⁊ placuit vxori. ⁊ iuit cū ea vſq ad ſaxū. Et inſurgēs ſubito vulpes ra-
puit eā: et deuorauit. et rediīt auis ad ſuum locum.

¶ Caplm. XVII. eſt de hoīe q̄ p̄ſtat aliīs ꝯſiliū: ſibi aūt nullū pōt p̄ſtare

## Inquit rex diſ les ſēdebar ſuo philoſopho

Intillexi pabolā tuā ſup his q̄ dixiſti mihi. Nunc vero da mihi parabolam de
hoīe: q̄ aliīs p̄ſtat auxiliū: ſibi aūt non. Inquit Sendebar



Erat q̄dā colūba habēs nidū in excelſa arbore ita q magno labore eſcam ad arborē por
tabat. Et cū pduceret ſuos pullos. aggrediebať eā vulpes. ſtās iuxta arborē. ⁊ pterrēs
eā minatōībꝫ: donec ei ſuos pullos eiiciebat. pp̄ter ꝯſeruationē ſue vite. Q̄ vidēs q̄dam
paſſer ſtās ꝯtra eā in ramo arboris: acceſſit ad colūbā dicēs. Cōſulo tibi q qn̄ reuenit
ille ⁊ infert tibi talia. rn̄de ⁊ fac poſſe tuū. ⁊ ſi laboraueris aſcēdere ad me. ſtatī eos deuo-
rās volabo. Et abiīt paſſer in viā ſuā. Poſt hoc rediīt vulpes. clamēs contra colūbam
more ſolito. Cui rn̄debat ſibi colūba ꝑbū qđ ſibi paſſer ꝯſuluerat. Ait ad eā vulpes Si
annūciaueris mihi illū q̄ tibi hoc ꝯſuluit: dimittā pullos tuos. Dixit columba. Scias
q paſſer q̄ ſtat ꝯtra littus fluīs mihi hoc conſuluit. Et relicta colūba iuit vulpes ad
paſſerē. ⁊ ait. Qn̄ te ventus inuadit. vbi reponis caput tuū. Et ait paſſer. ſub ſiniſtro la
tere. Et qn̄ pcutit te in facie tua vbi ponis tūc caput tuū. Ad illc. ad mea poſteriora. Ait
vulpes. qn̄ venti te ex oī parte inuadūt. vbi tūc ponis caput tuū. Ait paſſer. Sub alis
meis. Ait vulpes. Quō potes h̄ facere. Eſtimo te non verū dicere. ⁊ ſi hoc ſcis facere.
ſilem tibi nō vidi. Et tūc paſſer volēs ei hoc oſ̄ndere: reclinauit caput ſuū ſub alis. quem
vulpes rapuit dicēs. ſciuiſti colūbe p̄ſtare ꝯſiliū. ⁊ nō tibi ipi. et deuorauit eum.

¶ Explicit liber parabolarū antiquoꝝ ſapientum.

A.82

Antiquariat
Gilhofer & Ranschburg
Wien, I., Bognergasse 2

118 xilogravuri în text
1 xilograv. frontisp.
119